



I

rationcinerit pro informacione et
declaracione supradictorum



Iste liber e magistri Nicolai Spiczmiri Cantoris Cracouiensis

II

Pro Libraria Universitatis
legatus

A a a. I. 8.

Johannes eps servus servorum dei Dilecto filio .. Custodi ecclesie beate Marie Lanciciensis Gneznensis dioc. Salt
quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Volentes itaque dilectum filium Stephanum Michaelis d
virtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu favore prosequi gratioso discretioni tue per apostolica scripta man
bene cantare ac congrue loqui latinis verbis et alias ydoneum ad curatum beneficium obtinendum esse repereris vel etiam si
quod infra annum a tempore examinationis huiusmodi computandum bene cantare addiscet, cum cura vel sine cura, et si
dummodo ipsum alias post examinationem eandem ad obtinendum beneficium sine cura ydoneum esse repereris super quibus tu
ventus si cum cura vigintiquinque si vero sine cura fuerit decem et octo marcharum argenti secundum taxationem deci
nem venerabilis fratris nostri .. Archiepi Gneznensis et dilectorum filiorum .. Prepositi .. Decani .. Scolastici .. Custodis .. Can
sim pertinens dummodo Canonicatus et prebenda ecclesie Cathedralis non existat, siquod vacat ad presens vel cum vaca
mensis spatium postquam sibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit duxerit acceptandum, conferendum eidem Ste
auctoritate nostra reserves, districtius inhibendo eisdem Archiepo Preposito Decano Scolastico Custodi Cantori Ca
nisi postquam eis constiterit quod Stephanus vel procurator predicti illud noluerint acceptare disponere quoquo modo
cum vacaverit eidem Stephano post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis auctorita
vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem beneficii huiusmodi et pertinentiarum predictorum, et defenden
bus universis integre responderi, Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstan
in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitione
tate nostra huiusmodi beneficia expectantibus eundem Stephanum in ipsius beneficii assecutione volumus anteferri, sed nu
posito Decano Scolastico Custodi Cantori Capitulo Canonicis et personis prefatis vel quibusvis aliis communiter
et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiast

Viginti partes matheus servat et octo
Bis tria bis quinque quatuor capitula marcus
Bis duo bis dena lucas capitula complet
Viginti partes iohannes et unam



1

gelus
ranea
byssus
bies
bortiuus
cipiter
cetum
cies
cervus
cubitus
cus
dolescentulus
deps
damas
fer
ger
gricola
gnus
gna
ltare
lec
ltus
lemus
ltitudo
lbugo
loe
ltilia
mnis
mita
mphora
migdalus
nulus
nnus

nalla
nagallis
ntara
ntemurale
nimalia
ngulus
pes
per
riolo
riulus
ctury
rista
rtus
rgenteus
ries
ncilla
rena
rma
rca
rula
rmatus
rtifex
rmina
rtus
rea
rbor
romata
ruole
rcanca
rmentum
riva
rtatum
stra
scensus
ssensor
sinus
spis
trium
urora
uster
urum
urus
uris
uriga
uis

dies — dies
zinus
sol
dium
dicato
lactantes
tres sunt
Carnis
ideo ad
divisus
vestimenta
Dicit deo
Dominum
Dispurg.
ducatur
mentis
erat an
tiquus
intenza
datur
et quod eripit
Dilato
Duo tales
Affectus naturales
sunt quatuor
Sollicitatio
potes dicere
Suffragio
longa
Datur
angeli dei
amen
ratoria
uti xi
Veritas
Parum
fuit dominum
Apostoli
notata
Abitum
Possit tanto
Dare
Datio
Fuit sunt de ad
Vita
Epistola
Allegoria
Dialogia

Angelus quandoque dicitur filius
dei ysay ix° dicitur Magni consilii angelus
Auctoritas xx ubi secundum sententiam
septuaginta interpretum ut
in crwaz° Job v° An-
gelus descendebat in
piscinam et movebat
aqua et sanabatur unus quia re-
mente christo ad plenum recepto eo quod
per memoriam eiusdem populi passio / per
fidem passionis eius sanatur unus
fidelium / vel descendente in fonte baptismi
spiritu sancto fecundante unus fide-
lis plenius abluitur Angelus spiritus
bonus ut in ps. c iii / Qui facit an-
gelos suos spiritus quia qui per naturam
sunt spiritus cum mittuntur angeli
sunt Angelus malus omnis spiritus
ut in ps. xxxiiii° / Et angelus domini
persequens eos Et in Job iiii c
Et in angelis suis reperit pravitatem
Angelus Johannes baptista ut a
persona patris ad filium propheta ait Ma-
lachie iii / Ecce ego mitto ange-
lum meum qui preparabit viam tuam
ante faciem tuam Luce i ipse precedet
ante faciem domini parare vias eius
Luce i° / Angelus episcopus ut in
Apoc ii c / Angelo ecclesie scribe et dic.
ego illi mittam verba mea Ange-
lus quilibet sacerdos ut malachiae ii°.
Quia angelus domini exercituum est
i. dominum mittat Angeli sacerdo-
tes ut in Job xli / Cum sublevatus
fuerit timebunt angeli et territi
purgabuntur / quia cum diabolus
suum iudicii turbine rapit tunc
pro timore perussi eos superne pate-
ntremiscunt / et a peccato rubigine
ipso tunc ipse purgabuntur Angeli
dicitur hominis ut de petro dictum est puella
nomine rode actuum xii° / Angelus
dicitur quod Simon ipse qui tenetur in carcere
sed anima eius egressa de corpore Angelus
creatura inaccessibilis ut
in actus apostolorum xii°, de herode agri-
ppa dicitur quod videbat supra se ange-
lum dei i. bubonem Angelus fo-
mes peccati ut in apostolo ii cor xii°
Datus est mihi angelus sathane qui me
colaphizat i. fomes peccati qui me humi- *Simas Zacarie*
liat Angeli et omnes sancti domini igitur
per mentem suam cordis per caritatem ut
Luce xv° / Angelum tuum mitte mihi ad
per consuetum vitiorum / ut in ysay vi° dicitur
volavit unus ad me de Seraphim et
in manu sua forcipe de altari tetigit labia
mea per illuminationem ut Mathei v° Vos
estis lux mundi Angeli custodes
nostri sunt quod ad unumquemque hominem deputati
sunt duo angeli unus malus
ad exercitium alter bonus ad custodi-
am ut Mathei v° dicitur Si oculus tuus
scandalizaverit te in glo magna di-
gnitas animarum ut anima quaeque habeat
ab ortu nativitatis sue in custodia sui
angelum sibi deputatum Item Mathei xviii
dicitur angeli eorum semper vident faci-
em patris mei Angelos quod eorum quibus
ad custodiam deputati sunt ita legitur
in sententiis / immisti invicem de sa-
lute nostra per plures Solatii apostolo te-
stante hebre i° / Nonne omnes sunt administ-
ratorii spiritus missi propter eos qui hereditatem
capiunt Angeli pugnant
pro nobis sicut in apoc. c. xii° sicut dicitur
factum est prelium magnum in celo dum
pliaretur michael archangelus cum
dracone Et dicitur etiam quod in qua
michael cum diabolo pugnat quia cum

ut non tantum quasi valeat noceat verbi
Angeli vincunt pro nobis sicut in Apok
xii. c. legitur Nunc facta est salus et
victoria quia proiectus est accusator
fratrum nostrorum Angeli gaudent pro
nobis Luce xv. c. Gaudium magnum est
quid erit angelis dei super uno peccatore
etc. Angeli flent pro nobis Ysay
xxxiii. c. Angeli pacis amare flebunt
Flent angeli pacis amare plorant
cum vident nos vicia virtutibus ante
ponere Angeli nostri (?) funeri ...
ferre Angeli ... sicut quod legitur in vitis
libet ... et ex vita et legenda beati
patrum et ex vita et legenda beati
Martini colligitur et beati Bernardi
ut infra dicetur Cum laborat homo
in extremis assunt ei non tantum boni
angeli sed etiam mali videt enim beatus
Martinus demonem astare sibi ... ...
et ait Quid hic astas cruenta cru
enta bestia Et etiam in Thobia vi. c.
suppositus ex auctoritate legitur Etiam
Dyabolus astitit in cruce Christo morienti
ut videret si aliqua macula peccati esset
in eo Quid ergo de nobis possumus ex
pectare Angeli ergo nostri in morte
hominis qui insidiantur calcaneo eius ut
Gen. iii. c. legitur Tu insidiaberis
calcaneo eius ut que in vita non pote
rant superare saltem in morte superare
tant ... quicquid carius in mundo
ut uxorem et liberos et honor Fit
inter bonos angelos et malos ... simi
litudinis ... ... Mali angeli ...
fronte allegant ... ...
... ... et superbiam vite ...
... iram invidiam et cetera vicia
que commisit ... ille de quo agitur
... ... sibi ... ... qui ... duo
... ... supposuit ... sibi viole

E ciam faciente Alibi legitur quod etiam ipsa
allegabit angelus Ecce volente nimi
rare ad te ad luxuriam tu pervenisti me
cum pulchram volui te decipere per super
C biam et tu me superabas superbia volui
sui te inflammare ad gulam et tu me
cum pervenisti cautelam volui te fallere
per avariciam et tu eras ipsa avaricia
D super Luc. c. xix. ubi legitur Videns dominus
civitatem flevit super illam dicens Si co
gnovisses et tu etc. venient dies in te
et circumdabunt te vallo inimici tui et
coangustabunt te undique ... Gl.
Et dicit Glosa quod anime excuntes de
corporibus demones inimici circumdabunt
vallo trahentes ad tormentum nec ...
vallo ... et undique circumdabunt et co
angustabunt quod non solum operibus sed etiam
cogitacionibus eloquiis ... ...
... replicabunt boni angeli pro
parte sua allegant primo loco ... loco fi
dem spem et caritatem ceteras que
... et ... opera et maxime opera
... ... fidei sine bonis operibus
caritatis ... mortua est Tandem producuntur
testes sed mali angeli primo ordinant
... suum in quo ... ...
F ... illius de quo agitur et ... loca
et qua et quot peccata fecerant ... dominus
per Jeremiam prophetam xvii. c. Peccatum A
inde scriptum stilo ferreo ... ...
xlvi ... ... scriptum est coram me B
non ... Deinde producuntur personas
illas in quas ille de quo agitur inim
... ... producuntur et illas
quibus videntibus vel audientibus vel
... ... peccavit ille
de quo agitur ... hic autem ...
... ... iste ...
... suas elemosinas ... etc.

Producuntur etiam sancti quorum festa devo
tissime celebraverunt. Cum autem hec
omnia non sufficiant. Tandem producun
tur in medium gutte sanguinis que de
latere christi manaverunt. Ipsis enim viso per
actis tunc facto negocio mali merore
abeunt vectio confusi. Boni vero angeli
gaudio ineffabili congratulantes beatam
animam in sinum abrahe deferunt.
Si tamen sit in ea aliquid purgandum
ad ignem purgatorii eam transpor
tant. Unde sicut in vitis patrum legitur
varia loca sunt purgatoria animarum secundum quod
differentie secundum merita et creduntur
cum pars superior ubi animae
purgantur dicatur ab leonibus unde
orat ecclesia deo de ore leonis
libera eas. Inferior vero sub ubi
purgantur actionibus dicitur profundus
lacus unde sicut orat ecclesia et de pro
fundo laci etc. Angelus malus
scilicet lucifer in superiori loco. Unde superiori
vero celo creatus est primum insultando lapis
sunt eius. Ysaias ait xiiii capitulo. Quomodo
cecidisti lucifer qui mane oriebaris.
Et eius superbia non tacuit. Et
idem propheta dicens. Ascendam in celum
et ponam sedem meam ad aquilonem
et ero similis altissimo. Sed in superiori
celo creatus fuit ad quod celum se assen
surum supra posuit. Sic ergo intelligendum
est. Ascendam ad celum, id est
principatum illius qui me creavit et
ero similis illi in excepcione a iugo
superiori. Sic enim creator maiestati
superiori tenetur obnoxius ita ego
ille creatori nolo teneri ob
ligatus, et sic ascendam ad celum et
ponam sedem meam etc. Et eius ca
sus sicut legitur in Apocalypsi. Sic
lucifer traxit partem stellarum. Hoc est partem

id est magnam partem angelorum qui in
suam enormitatem assensum sibi pre
buerunt. Illorum vero angelorum qui
per hoc ibi excessu corruerunt quidam
apud inferos religati sunt usque
ad hec antiquum. Iam illa ebulicione
plectitur Sathanas. Et tam in filios
regum quam in filios diffidencie se
mendo inmittitur frauditas. Alii vero
in hoc caligine aere magis pro
penitus sunt. Et hoc ad confusionem eorum
qui pro mundiali flore militant
in tristoriis amolimentis curiose in
vigilant. De quo propheta ait psalmo
xi. In circuitu impii ambulant
etc. Et ad quorundam inmarcessibi
lem coronam ipsam luctam non secus
apostolus dicens ad Ephesios vi capitulo. Non
solum est vobis colluctacio adversus
carnem et sanguinem sed adversus
principes et potestates etc. Ange
lorum ordo dicitur multitudo spirituum
celestium sicut in Summa legitur quorum
numerus scilicet angelorum finitus est sed deo
sed infinitus hominum est. Et ut ait
Gregorius super Danielem capitulo vii. Ibi
milia milium ministrabant ei qui est
numerus infinitus. Et decem milia
assistebant ei qui est numerus finitus
per unum finitum et infinitum dicitur
ad hoc signiffcandum quod numerus angelorum
finitus est deo et nobis infinitus ut
arena maris et capilli capitis nostri
qui omnes numerati sunt deo. An
gelorum ordines novem sunt et novem
sunt, tamen ex quo boni confirmati
sunt. Sed ideo dicit scriptura de
singulis ordinibus aliquos cecidisse
non quia fuissent in ordinibus
et postea corruerunt. Sed quia
si restitisset eorum aliqui in sin
gulis fuissent ordinibus. Et de
hominibus legitur decimo ordo impleatur

Non ex eo quod decimus ordo inde fiat sed quia de hominibus restaurabitur quod de angelis lapsum est vnde possit stare decimus ordo Et inde est quod dicimus exijt a nobis decimus et nos a [illegible] Sed Gregorius dicit ibidem in summis quod non vix numerum eorum qui ceciderant sed eorum qui permanserunt homines ad beatitudinem admittuntur Et augustinus ibidem dicit quod vix numerum eorum qui ceciderunt restaurandus est de hominibus vtrumque potest stare augustinus per [illegible] inaduertenter dicebat Et duo erunt ordines in celo laudantium deum In primo erunt tot angeli et tot virgines quot angeli ceciderunt In secundo tot erunt de aliis fidelibus quot in primo angeli et virgines et hos ordines duos significat duo chori in ecclesia duos scilicet ordines angelorum scilicet decem et [illegible] Decem fiat (?) ordinem angelorum et virginum [illegible] ordinem aliorum fidelium Decem tamen fiat (?) iudaicus populus primus (?) gentiles Nouem dicitur ordines angelorum Sed primus scilicet ordo sunt angeli qui minora nunciant Secundus archangeli qui maiora annunciant Tercius virtutes per quos signa et miracula fiunt Quartus potestates que virtutes aduersas ne potestate refrenant Ne homines tantum temptare valeant quantum desiderant Quintus principatus qui ad exercendum diuina ministeria aliis principantur Sextus dominationes qui principatus et potestates transcendunt Septimus troni qui sedes dei dicuntur eo quod in eis sedeat deus ut ait Gregorius et per eos iudicia decernat Octaui

cherubin qui prae aliis in scientia eminent Cherubin enim interpretatur ardens uel succendens Hec nomina illis [illegible] non per se sed Gregorius nomina [illegible] sunt Michael vero Gabriel Raphael non sunt nomina ordinum sed spirituum Et dicuntur non quidam vnum proprie et singulariter et deriuate Sed inter illos inter ipsa est nomina secundum qualitatem eorum ad que mittenda uel gerenda mittuntur Sicut et demonum quedam sunt nomina que quidam putant vnius esse propria Alii vero pluribus esse communia Angelus malus malis dicitur venator Jeremie xvi mittam venatores quibus vtitur ut eorum laqueos In psalmo [illegible] dicitur Parauerunt ut absconderent laqueum Item psalmus lvi laqueum parauerunt pedibus meis [illegible] est [illegible] vnde eodem psalmo dicitur intenderunt sagittas suas Angeli mali intelliguntur per [illegible] equina primum est album secundo rubeum tercio et vltimo est [illegible] Angeli mali dicitur leo per principatum vnde luce [illegible] vnde Johannis xiiii° dicitur venit princeps mundi huius et in me non habet quicquam per fortitudinem vnde luce xi dicitur Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea que possidet per [illegible] primo petri v° dicitur Aduersarius vester dyabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret Angeli mali dicitur leo qui [illegible] et apte sunt ut in primitiua ecclesia in persecutione maximi Draco qui volat per aerem uel occulte et aliquid draco qui iam cessante tempestate et per dei gratiam ecclesia dilatata occultant se [illegible] vt

oculte nocent demonibus comparatur
ab augustino et aliis doctoribus eo
quod in eadem sede sedes qui du-
rabunt usque ad tempus antichristi in
quo erit talis persecutio qualis non
fuit ab initio mundi donec solvatur
quia perpetue ligatur. Eodem sunt pu-
gnavit michael in apocalipsi et sam-
son et moyses in egypto quia
medias vn in civitate gethsemani
f du patria medarij. Secunda acusat
vn in apocalipsi xij. Et dicitur proiectus
c est acusator fratrum nostrorum. Et job
.1°. dicit suble acusat dominus numquid
frustra colit job deum. Tertia pre-
hunt inocentes unde petri ij° ad-
d versarius vester dyabolus etc. Angelus
malus malus dicitur sathan i. adversa-
rius vel anti. iij°. Vade retro
a sathan. Demon i. sciens hyronimi
etc. quia propter scientiam primus
b parentibus. Genesis iij°. Eritis sicut
dii scientes bonum et malum. Dicitur
dyabolus i. de ordine fluens. Dicitur
leviatan i. additamentum primorum
parentum. Quibus promisit additamentum
i. scientiam ut dictum est. Dicitur
reptile i. reptans pectore et ventre
quia nos facit repere et ventre et pecto-
re. Dicitur vehemot i. animalis. Et
zabulus i. fluxus noctis. Job.
Sed omnes ille inspirator. Angelus
malus dicitur anthonomastice peccator
quia peccavit quia peccare hominem facit
quia quottidie peccat. Peccavit in
a deum in proximum et in seipsum. In
e deum unde ysaie xiiij°. Ascendam
f ad aquilonem etc. In proximum unde
sapientie ij°. Mors intravit in orbem
terrarum. In seipsum unde ysaie xiiij°.
Quomodo cecidisti lucifer etc. Ange-
li creati sunt in empireo celo a sede

creatione sunt angelica et corporalis natura in
initio temporis i. Deus. Iniciatur non ante
tempus. Angelis autem ea sunt collata
dispensatione subtilitas, intelligentie perspi-
cacitas, liberi arbitrii abilitas. Sed
paratos non sunt in creatione nec in ipso
perfecte neque stare potuit usque dum da-
retur eis gratia cooperans qua proficere
possent. Secunda quia quidam eorum non ex
peccavit peccaverunt unde a contin-
bit ut postea potuit proficere licet
perfectus tempore melioris et autem non noveras
scribi videtur imo et quidam naturalia in
eis manent ut memoria quo ad con-
servandum. Dico non quo ad expressionem naturam
naturalibus uti sunt sed fere abutuntur. Licet
sub deo obedire videntur aliquando ad malos
puniendos secundum opus executores. Non tamen
merentur quia agunt non ut deo serviant
sed ut malam explent voluntatem. Licet in
hoc propter nec promisso vel ut utrisque de-
[illegible] completur. Et licet in quibus que
[illegible] agunt agat quod volunt. Necessitatem tamen
vel merito vel quo placendo operantur quia
inmutabilis est voluntas eorum. Sunt
autem quatuor qualitates modi gubernatores di-
vine in angelis quia perficiuntur ut primo
naturalis collata potestas ut non facerent
nisi quantum naturaliter posse creatum. Vel mira-
culum habet iterum possibilitatem i. quam ad
ipsum naturale posse. Secunda et oculta divine
providentie virtute potestatem impeditur. Tertio
sunt obstaculo potestatis ascribitur dis-
ficultate quantum multa divino per alias
potestates. Et ceteris malis nec ad con-
sentiendum venire posse impediuntur. Vel
iudicio exteriori operante disponitur
Quarto in ipsa vis divina quodam ab intus sua
possidet et omni creature providet. In quos eorum
voluntates que cum voluntate suam
unite sunt ad perficiendam voluntatem suam inter-

Anima dicitur ab ana quod est sine et
ma quod est vita unde et sanguis dicitur quod
sanguis in carne est vita. Anima dicitur quod a-
nemos quod dicitur grece ventus quia per ipsam sit in
motu et corpus moveatur. Vel quasi
est neume quod grece ebuo dicitur quod a spiritu
vita spiritus dicitur a cimatis i. sine
sanguine. Vel dicitur a nemati i. super
sanguis. Anima quoniam dicitur dum suas
efficacias suas diversa sortitur vocabula. Dum
enim mobilia vegetat dicitur anima. Dum sensus
gerit sensualitas. Dum sentit sensus. Dum co-
gitat voluntas. Dum recordatur memoria. Dum
iudicat ratio. Dum sapit [illegible]. Dum intelligit
mens. Dum distinguit racio. Sunt enim

Fiunt aut aīe creare / Satagitqz sensus
imago racio intellectus et intelligencia
Sensu quippe corpora / imaginacōne
corporum dissimilitudines / racōne spm cre
atum qui non pt esse sine corpore
intellectu spm creatum qui pt esse in
corpore uel sine corpore / Intelligencia
spm increatum percipimus / Hec est in
tellectualitas que ut ait plato solius
dei est et admodum paucorum hominum
Aia quiqz dicit totus homo ut in — B
Gen. c. xvi. Octo aīe salue facte sunt — G
in archa noe Et i pe. iii.o Et act — B
vii.o Jacob descendit in Egyptum in
aīabus lxxvi. totidem hominibus ia
est prius homines qui post diem iudi
cii glorificabitur cum corpore aut cum cor
pore mortificabitur metum De ista
aīa dicitur ps.o c. xlii.o Benedic aīa
mea dnō Et allegatur illud ps. lxiii.o
Adhesit aīa mea post te Aia dicitur
sensualitas ut in epistola pauli ad he
breos iiii.o dicitur Sermo dei pertingens
usqz ad diuisionem aīe et spūs Aīa
scilicet dei quo sensualitas racōe dimi
datur comprehendit Aia dicitur uita
datur ut in ps.o c. v.o capit saturi
tatem in rebus corporalibus i in aīalitate que
corporeis esibus sustentatur Aia
dicitur voluntas diuina ut Ysa. i.o dr. — D
kalendas vestras odiuit aīa mea / i
festiuitates vestras exteriores reprobauit
voluntas mea Aia dr ihūs xpc ut
in propheta Non abiciet vos vltra aīa
mea i non reprobabit vos xpc filius meus
Aia dicitur illa vis dei qua ipse oīa
penetrat ut in Job. xxiii.o Aia eius — F
quodcuqz voluit fecit Aīa illa vis
interna in voluntate sua omnipotenciam
habet Aia ponitur pro potestate ut in
ps.o lxxii.o Operuit in ieiunio aīam
meam i nō exercui potestatem indicandi
Aia dr intentis intencio ut in Job — E
vii.o c. Elegit suspendium aīa mea
i a tyremis se elongare elegit anima in
tencio mea Aia dicitur desiderium — G
priorum ut in Job. xxiii.o Justus catu
lorum eius implebis Aīa desiderium
eorum ad effectum dominus perducit Aia — D
dicitur vita prius ut Joh. xii.o Qui odit
aīam suam scilicet in hoc mundo propter me
i vitam presentem uel sensualitatem in
vitam eternam custodit eam Aliter accipit
hic aliter supra idem est quod sequitur qui
amat aīam suam perdat eam Est
bonum et utilius animam suam perdere
ne perdatur Malo enim aīam perdere
ut custodiam eam quam custodire ut
perdam Et aliter Aīa plus est quam
esca i maioris precii est vita quam esca — E
et hic scribitur math. vi.o Aia dicit vitam
memorie ut Job. xii.o In cuius manu — E
est aīa omnis viuentis / Aīa in eius
potestate est vita brutorum aīalium Aia
dicitur synagoga ut dicit abacuk ii.o — D
Peccauit aīa tua dnūs i synagoga
quam scit aīam diligebas Aia dicitur — B
voluntas carnalis ut in cantico Exo. xv.o
Diuidam spolia et implebitur aīa mea
i inuadam aīas hominum et voluntas
mea implebitur Aia dicitur racionalis
de qua dicitur in Gen. factus est ho — B
in aīam viuentem Gen. ii.o Causa
doctrine dicitur habere duas partes
potenciales scilicet superiorem et inferiorem
que superior duas habet partes sapiencie et
supremus qua contemplatur deum que
non pt velle nisi bonum nisi corrumpatur
per auram i carnem Et sciam que
racionabiliter secundum diuinam dispensat Et
inferiorem sensualitatem scilicet que similiter
duas partes habet superiorem de lia
tis et neccessariis ut comedere et bibere Jn
feriorem de illicitis ut fornicari et
huiusmodi Et aīa iusti in presenti ponitur
ad vitam in futuro in vita scilicet de vita
iustificacionis in vita glorificacionis Aia
mali in futuro in morte in presenti ad
mortem / a morte peccati ad mortem sup
plicii Aia perturbatur quiqz a prop
petus Vnde ps. xxvii.o Angelorum a fine in x

B Tertio ex compassione peccatorum proximi
ut ii. Cor. xi. Quis infirmatur et
ego non infirmor. Quarto ex propria infir-
mitate ut Mt. xxvi. Tristis est ani-
D ma mea usque ad mortem. Quinto ex compassione
infirmitatis vel adversitatis proximi. Sic
C dominus flevit super civitatem. Luce. xix.
Altares sunt quidam scientia et non vita
ut illi qui prelati sunt et bene vivunt
ut apostoli in primitiva. Alii vita et non scientia
ut multi bene litterati, qui bene docent
et male vivunt et isti dant linguam
suam deo et animam dyabolo. Alii utroque
modo ut illi qui prelati sunt et male
vivunt.

Abyssus est profunditas aque
impenetrabilis, a quibus
fontes et flumina procedunt,
unde abyssus dicitur ...
a albodon greca, apohen
latine vel determinans dicitur. Unde
infernum significat, vel ...
unde designat profunditatem scripture in
tellectum. Abyssus dicitur nomine et vetus
testamentum. Unde in ps. xli. Abys-
sus abyssum invocat, quia testamen-
tum vetus in predicacione scriptorum novum
C amiciat. Abyssus cogitacio aptiore
ut Abakuk iii. Dedit abyssus vo-
cem suam clamans ex profunditate cordis
sui ... Abyssi C
D obscuritas mentis impii ut Job xxviii.
dicitur: Abyssus non est in me, quia
obscuritas impii vita clamat sibi sapienciam
non inesse. Abyssus profunditas cordis C
hominis, ut Jer. xvii. secundum aliam litteram. Pro-
fundum est cor hominis et inscrutabile C
et quis cognoscit illud. Abyssus eciam
B dei iudicium ut Job xli. Estimabit a-
byssum quasi senescentem, quia dyabolus
in superbis membris suis eciam dei iudi-
cium quasi debile et instabile esse non per E
timescit. Vel profunditas omnium iudi-
ciorum dei unde ps. xxxv. Iudicia dei
abyssus multa. Abyssus infernus
C ut Job xxxviii. Numquid ingressus es
profundum maris et in novissimis abyssi

deambulasti. Quod illi soli contigit qui
ibi solus inter mortuos liber fuit. De-
ambulare solius est non vinciri per abys-
sos profunda scripture misteria intelli-
guntur ut in ps. xxxii. Ponens in the-
sauris abyssos, id est in secretis sacre scriptu-
re profunda misteria. Vel secundum aliam
exposicionem malum hoc intelligitur. Per a-
byssos quoque desperati designantur ut
ps. Cxxxiiii. Omnia quecumque voluit
fecit in mari et in omnibus abyssis. Qua-
si erigit contemplativos qui sunt celum,
sic fecundat activos qui sunt in terra. Sic
instabiles confirmat qui sunt mare, sic
et in ipsis qui sunt desperatissimi facit
non veniam viam suam qui sunt abyssi.
Per abyssos confusiones malorum opera-
nes intelliguntur ut Ex. xv. Abyssi
operuit eos, id est confusio omnium malorum
operum suorum oppressit eos, ut ps. Lam-
ditamur. De abyssis terre iterum reduxisti
me, id est de profunditate viciorum. Abyssi
F dyabolica astucia ut Job xxxviii. Su-
perficies abyssi constringitur, quia dyaboli
astucie species quasi bona et solida ostendit-
ur in profundo latens malicia tenetur.

Abies altitudo
contemplacionis ut Canticorum
dicitur. Ponam in deserto
E abietem, quia in gentilitate
dominus contemplatores po-
suit. Abies potentes seculi significat
E ut in Cant. ... Abies et abys-
sus, id est potentes et inferiores. Per
E abietes sancti angeli ut Ezech. xxxi.
Abietes non adequaverunt summita-
tem eius, quia in comparacione aliorum
angelorum ille primus angelus altior fu-
it. Sequitur c. v.

E Abortivum sancti sunt ante legem
ut Job iii. Sic dicitur: Sicut
abortivum absconditum, quia sancti
ante legem mundo huic ex ma-
gna parte absconditi fuerunt. Abor-
F tivum misterio hominis ut ...
Sicut abortivum quod extrahitur a vulva

mris sue quia inimicantes animo contra ea iniusta prestant

Accipiter quidam electus dicitur ut Job xxxix. Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter. Et ista plumis decorantur quod status virtutes acquirunt. Accipiter ab accipiendo dicitur. Est autem avis que pullos impia cum viderit eos posse venari et volare pre iniquitate non pascit eos sed peius verberat et a nido precipitat atque a tenero compellit ad predam ne forte adulti pinguescant. Per accipitres rapaces intelliguntur ut Deut. xiiii. secundum aliam literam. Et vulturem et accipitrem quia qui per superbiam in mente despiciunt et eleuacione ad corpora cuius rapacitatis sunt

Acetum est dolus ut in cruce Mt. xxv. implevit spongiam aceto quia repleverunt dyabolis viri maiore fraude et dolo. Acetum piger quidam ut in parabolis Prov. x. sicut acetum dentibus amarum est sic piger stultis qui dentes appellant frequenter notet. Acetum verbum commovens ut Prov. xxv. acetum in vino et qui cantant carmen cordi pessimo quia qui per ipsa mentis corrumpit in minutis sicut vitrum sic vitrum fervescit et ebullit quod mittitur in aceto. Est autem vitrum lapis ex aquis gelidis solidatus qui in vitria provincia oritur. Acetum quasi acutum ut quia acquatum vinum cum aqua mixtum cito in hunc saporem mittitur. Acetum infidelitas ut Ps. lxviii. dicitur et in siti mea potaverunt me aceto id est ego fidem sitivi eorum et ipsi me infidelitate potaverunt

Acies est unitas electorum ut Cant. vi. Terribilis ut castrorum acies ordinata. Anima electa per concordiam dyabolo terribiles fiunt. In acie iste due sunt. Exercitus. Classis. Nodus. Tumultus. Ale. Cornua. Agmen. Acies ab acie gladiorum. Exercitus proprie exercitio belli. Classis a clamore vocatur. Nodus pro difficultate quia vix possit resolui. Cuneus eo quod in unum ut sunt cuneus quod cornua. Ale xxx equitum ale dicuntur quia tegunt pedites alarum vice. Cornua extremitas exercitus eo quod intorta sit. Agmen vero dicitur ab augendo

Aternus etiam incrementa sunt virtutum ut Cant. vi. dicitur. Venter tuus sicut acervus tritici quia tenera que in ecclesia sanctitatis virtutum incrementa perspicit. Acervus testimonii multitudo sanctorum martirum ut Gen. xxxi. dicitur. vocavit locum illum galaat id est acervus testimonii quia in ecclesia multitudo martirum honoratur. Acervus lapidum incrementa ultimi iudicii ut ij. Re. xviii. Congregaverunt super absolon acervum lapidum magnum nimis quia reprobis dicetur in iudicio Ite maledicti in ignem eternum. Acervus memorii infidelitas ut Prov. xxvi. sic qui mittit lapidem in acervum mercurii sic qui tribuit insipienti honorem. Anima qui fatuum bilinguem ad honorem ecclesiasticum provehit quodammodo culpa infidelitate committit etc.

Aromatibus celestis prius ut Cant. i. Cum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Anima ad christum ascendens odorem tribuit suavitatem caritatis. Etiam manant sequitur etc.

Acus punctio doloris ut Mt. xix. Mr. x. Luce. xviii. Camelum per foramen acus transire et scilicet pungitivus doloris in morte portare. Ipse etiam per foramen acus

transijt enim per angustiam passionis
victoriosissime Et dyalo triumphauit Psalmista
ma sicut lingua idem est quod acus vnde
in Exo. xxvi°. dicitur Cortina thabernaculi
aculi dicitur facta opere plumario id est opere
acupicto
A Adolescentule anime sunt sancte
ut in Cant. j° dicitur Adolescentule dilexerunt te que
deuote anime xpistum diligunt
Adeps est diuinitas xpisti ut in
psalmo Cxlvii°. Ex adipe frumenti
saciat te, quia celestem illud
vinum de ex diuinitate procedit
Adeps sensus intellectus spiritualis ut psalmo
lxxx. Cibauit eos ex adipe frumenti
id est simplici intellectu refecit eos
B Adeps spirituale desiderium ut Deut.
xxxii°. dicitur Cum adipe agnorum
et arietum id est cum spirituali desiderio
subditorum et prelatorum. Adeps habundancia ut in psalmo lxxii°. prodijt
quasi ex adipe iniquitas eorum, id est mala
per habundanciam peccabat. Adeps
carnalis leticia ut psalmo xvi°. adipem
suum concluserunt, id est carnalem leticiam
suam consummauerunt. Adeps bonitas
interioris voluntatis ut psalmo lxxij. Sicut
adipe et pinguedine repleatur anima
mea id est interius bona voluntate, sicut
exterius bona actione, vel eterna beatitudo
secundum alium intellectum. Adeps
C caritas vnde leuitici iij°. dicitur Omnis adeps
sacrificij est dei. Adeps superbia vnde
D Job xv° dicitur pinguedo a facie eius
et arvina a latere eius pendet. Pinguedo habundanciam facit quo quidam
appetunt propter solam vtilitatem vnde
E Salom. Prouerbiorum xxv°. dicitur Diuitias et
paupertates ne dederis michi, sed tantum
G propter erogacionem vnde Apostolus ad Ephe.
iiij°. Magis autem laboret manibus
suis operando quod bonum est vnde habeat
vnde tribuat necessitatem pacienti. Ad
Dam acerui iniquitatem vnde psalmo xxx
viij°. Thesaurizat et ignorat cui
congregat ea. Addendo ad explementum
C tum voluntatis vnde Luce xij. Destruam
horrea mea
Adamas insolubilis durica
A pectoris vt Iheremie xvij. Iacob xvij°.
scribitur peccatum Iude scriptum
est stilo ferreo in vngue adamantino Sicut enim adamas aliculus rei
collisione non scinditur, ita peccatum
nulla contricione realiter punitur vel lauatur.
Adamas sinceritas mentis constancia
D ut Ezechiel iij°. vt adamantem et vt
silicem dedi te. Nota quod adamas
hircina sanguine scinditur, quia
nulla enim fortitudo que in fluxu
carnis luxuria non soluitur
G Aer mens angelis secularis ut in
Job xxxvij°. dicitur Subito
aer cogitur in nubes, id est anima
repentino sancti spiritus munere mens
secularis ad sanctitatem perducitur. Aer
est mainitas plurimum habens
ad mixtum varietatis quam cetera elementa. Aer ab eo quod feratur dictus
est vel ab eo quod ferat terram qui partim
ad terrenam partim ad celestem materiam
pertinet. Nam superius est vbi ventorum
vel procellarum motus etc. non pertinet ad
celestem. Turbulencior qui ex exalacionibus humidis crescit pertinet
ad terrenam. Multas enim ex se species
facit. Nam commotus facit ventos vehemencius concitatus ignes et tonitrua
contractus nubila. Corpus spissatus pluuiam congelantibus nubibus niuem
Turbulencius congelantibus nubibus
densioribus grandinem. Distentus
serenitatem. Sequitur Aer vel ventus
E

Ager est mundus ut in ewang. matth. xiii. hic est regnum celorum homini simile qui seminavit bonum semen in agro suo, id est christus qui fecit predicationem in mundo. Ager corporis hominum ut in parabolis proverb. xxiiii. dicit: prepara opus tuum et diligenter exerce agrum tuum, id est sentes iniquitatis evelle, et corpus tuum ad fugiendum tribulationibus expone. Ager bonum opus ut in ewang. matth. xiii. dicit: Ager emitur per thezaurum quia bonum opus exercetur propter celeste desiderium. Ager septima sacra ut in ysa. xxiiii. dicit: Agrum non simul demetunt quia septimam sacram que pars nostra est decori perimunt. Ager officium predicationis ut in Cant. vii. c. dicit: Veni dilecte mi egrediamur in agrum, quia et christus ab archano patris et ecclesia a secreto contemplationis ad officium egreditur predicationis. Ager perplexus meditationis ut in Gen. xxiiii. c. dicitur: Egressus est ad meditandum in agro inclinata iam die, id est anima in fine mundi, egressus est christus de celo ad docendum in populo meditationum. Ager populus gentilis ut in ps. cxxxiiii. dicitur: potabunt omnes bestie agri, id est anima ex fonte septime fluenti bus bibet simplex populus gentilis. Ager quietis status ut in gen. xlix. dicitur: pulcritudo agri mecum est, id est virtutum viri religiosi status apud me ad venumdationem pensatur. Ager cura exterior ut in ewang. luc. xv. dicitur: Erat autem filius eius senior in agro quia populus iudaicus litterali sensu contentus exteriora curabat. Ager vita cuiuslibet negligentis ut in parabolis proverb. xxiiii. per agrum pigri hominis transivi, id est vitam cuiuslibet desidiosi inspexi, et ecce totum repleverat urtice, et spine quia in corde eius pruriencia

desideria et punctiones viciorum pullulant. Ager plus plena ecclesia ut in gen. xxvii. c. dicitur: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, id est anima sanctificata est ecclesia de sanctitate christi; de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Ager patria celestis ut in parabolis prov. xxxi. dicit: Consideravit agrum et emit eum, quia studiose considerat ecclesia que sunt gaudia perhennis vite et pro eis laborare non cessat. Ager latine dicitur eo quod in eo aliquid agatur, vel a greco agros, unde et greci villa pro agros dicitur. Dicitur ager aut seminatur quia racionalis est, aut consitus dicitur quia arboribus inseritur, aut pascualis quia aptatur pascuis, aut floridus, id est ortus apibus congruus. Item ager arvinus dicitur quem paulatim fluvius nigrum reddit. Novalis qui vacat anno intermisso. Squalidus qui sine cultura est. Uliginosus qui numquam sine humore est. Sterilis et palustris. Agro ista ista conveniunt culture cinis, aratio, intermissio, incensio stipularum, stercoratio, occatio, runcatio. Cultura dicitur a colendo. Cinis est incendium per quod ager inutilem humorem exsudat. Aratio quia de ere prius terre culturam exercebant antiquam ferri usum habebant. Est autem alia vernalis, alia autumpnalis. Intermissio est qua alternis annis vacuus ager vires recipit. Stercoratio est letaminis aspersio. Et est unde stercoratio letamen ex fimo. Et stercoratio quia sternitur fimus quod fit in letamen quod leta reddit germina. Occatio dicitur obcecatio eo quod operiat semina quod occare aperire est. Runcatio est a terra herbas evellere. Sulcus dicitur eo quod precisus sole capiat veractum quod vere actum, id est vario

ipse aratum. Varro quia servus et ratio exercere eo quod servio tenebus servando. Et Begas dicit a serie quod ratum vel a sertino. Sequitur

Agricola est deus pater ut in ewangelio Iohannis xv° dicitur: Pater meus agricola est. Quia ipse in filios suos surculos electos semper spiritualiter extollit. Agricola est quilibet reprobus terrena diligens unde in Genesis iiii° dicitur: Fuit Abel pastor ovium, et Cain agricola. Item est electus quilibet simplicitatis in se cogitationes mittit, et reprobus interiora sua desiderat terrena diligit. Per agricolas principes synagoge intelliguntur ut in ewangelio Mathei xxi° et Marci xii°: Locavit eam agricolis, quia antiquum illum populum principibus synagoge commisit. Per agricolas doctores ecclesie intelliguntur ut in ewangelio Mathei xxi° dicitur: Vineam suam locabit aliis agricolis, id est ecclesiam suam novis doctoribus committet.

Agnus est christus ut in Exodi xii° c. dicitur: Agnus sine macula ymolatur, id est christus sine culpa moritur. Agnus lubricus quisque ut in parabolis Proverbiorum vii° dicitur: Sequitur eam quasi agnus lasciviens, quia libidinosus libidinosam imitatur et sequitur. Per agnos apostoli intelliguntur unde dominus ad eos in ewangelio Luce x° ait: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos, id est mites inter crudeles. Per agnos viri sancti intelliguntur ut in Ysaie xl° c. dicitur: In brachio suo congregabit agnos, id est in robore suo adunabit omnes sanctos. Per agnos simplices et innocentes ut in ewangelio Iohannis xxi° dicitur: Pasce agnos meos, id est quos ego pastores redemi sanguine meo innocentes tam effectus inter predicacione tua. Sequitur

Agna vita activa ut in Levitico v° c. dicitur: Offerat agnam de gregibus, id est vitam suam activam que dicitur est pluribus. Agnus dicitur ab agnosco quod est proprium quia et sola pictura nos redemit ut ab agnoscendo. Tradunt enim quod de natis in ... agnus in tantumque sunt per totum multitudo agnum matrem suam longe posita solo balatu agnoscit. Attendit hoc in christo. In quo homine nimia multitudo crucifigebat christum crucifixum. Alii movebant moventes capita sua et dicebant: Vah qui destruis templum dei. Alii flebant super innocentem condempnatum. Alii percuciebant pectora sua mirantes super hiis que videbant. In tanta ergo multitudine matrem suam agnovit, quia eam virgini commendavit Iohannis xix. Agnus dicitur christus triplici de causa. Primo agnovit patrem obediens usque ad mortem sicut ait apostolus ad Philippenses ii°: Christus factus est obediens usque ad mortem. Secundo agnovit humanum genus redimendo. Tercio cognovit matrem suam in cruce et eam virgini scilicet Johanni commendavit Iohannis xix°. Agnus dicitur ter in missa. Primo dicitur: Agnus dei qui agnovisti patrem obediendo usque ad mortem, qui tollis peccata mundi per passionem tuam ea tollat a nobis et delevit. Et delevit miserere nobis. Agnus dei qui agnovisti genus humanum redimendo qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei qui agnovisti matrem pendens in cruce et eam virginem virgini commendasti, qui tollis peccata mundi

Dona nobis pacem. Ideo dicitur ter
in missa ut omnes eorum status in
telligantur. Illud quod est in celo glo
rificatum. Et mysticum quod adhuc in
terra ambulat. Et quod in sepulcris quies
cit usque ad diem iudicii. Bis dicitur
miserere nobis. Tercio variatur quod
sumptum est de veteri lege Iohelis ii. Vbi
vbi omnes clamare ad dominum dicentes
Parce domine parce populo tuo. Tercio va
riabant dicentes Et ne des here
ditatem tuam in obprobrium. Iuxta hoc
nos dicimus bis parce nobis domine
bis miserere. Et quod tercio dicebat et
ne hereditatem tuam in opprobrium nos
tercio variamus dicentes Dona nobis
pacem. Solet autem queri cur ecclesia
sticos unus vero debeat dici in pre
dicta auctoritate plorabant ac plora
bunt inter vestibulum et altare sacer
dotes dicentes parce domine etc. Sicut
quod in Iohele ii c. habetur ploraui
bunt. Et in Esdra plorabat
quod in quibusdam ecclesiis dicitur agnus
dei ter continue scilicet antequam sacerdos
vtatur corpore domini. In aliis
dicitur semel ante perceptionem eucharis
tie et post perceptionem bis. Prio
re hec est racio. Dicitur enim prius est mal
tarum petimus ab eo misericordiam et veni
am et pacem quia pro eius vnde
ti sumus. Aliorum hec est racio ut ip
se misereatur nostri et det nobis pa
cem petimus. Et cum enim ipse ubi
prius corporaliter in altari ut omnes
non solum de eo presente sed etiam de ab
sente considerare. Et hec variacio
plerumque fit in missa pro defunctis
in parisiensi ecclesia. Agnus dei etc.
Dona eis indulgentiam. Agnus
dei etc. Dona eis requiem sempiter
nam ut in psalmo Cxxxiii. Domus
domus Iacob qui timet dominum. Sic
dicitur quisque da michi aliquid da
in aliquid vestimentum da in expensam etc.

Altare est ipsa
dignitas ut in psalmo C xvii.
Constituite diem solempnem
in condensis usque ad cornu al
taris i. virtutes frequentate crebro et
peragetis usque ad eminenciam dignitatis.
Altare ipsa humanitas Christi ut in
Exo. c. xx. Altare de terra facietis mi
i. ubi humanitatem de virgine suscepta
credatis. Altare caro Christi ut Tre.
noꝛ ii. dicitur Repulit dominus alta
re suum quia carnem Christi crucifigi
permisit. Et apostolus altare de quo non
habent potestatem edere qui foris sunt
ad Hebre. xiii. dicitur. Altare eucharis
tiam vocat illud scilicet quod offertur super
altare. Altare lignum crucis ut
in Genesi c. xxii. dicitur. Isaac positus
in altari quia Christus locatur in cruce.
Altare fides ut in psalmo l. Impo
nent super altare tuum vitulos
i. innocentiam vite fide coniungent.
Et alibi passer invenit sibi domum
et turtur nidum ubi reponet pullos
suos psalmo lxxxiii. Quia super hoc
altare debent offerri bona opera alias
non sunt ei meritoria. Altare
vita sanctorum ut in Genesi viii c. dicitur
Edificavit Noe altare domino quia Christi
vitaque sanctorum construxit primus. Altare cele
ste etiam beatitudo ut in psalmo
xlii. Introibo ad altare dei i. fenic
miam usque ad secretum celi. Et alibi
Tunc imponent super altare tuum vitu
los i. novellos fideles psalmo l. Altare
cordis ut in Cyrillo cap.
v. Si offers munus tuum ad altare etc.

i. si effunditis orationem tuam per cordis
devotionem. Altare mentis archa-
num ut in psalmo xxv°: Lavabo inter
innocentes manus meas et circuida-
bo altare tuum domine, i. opera mea per
puritatem emundabo et mentis ar-
chanum virtutibus adornabo. Per
altare intelligitur mens hominis quod
C in lege Exodi xxvii°. Preceptum fuit
fieri altare quadrangulum et concavum.
Et ideo quadrangulum quia mens
humana quatuor principalibus virtutibus
muniri debet, scilicet prudentia, forti-
tudine, temperantia, iustitia. Concavum
quia debet esse capax ad recipiendum
donum dei atque ignem devotionis divine
dilectionis. Amor enim inflammat. Repel-
B lit quod in Levitico i° c°. precipitur
quod vesiculam gutturis et plumas
proice quod in turture aut columba fuerit
in holocausto oblata. Vesicula gut-
turis inflationem superbie, plume
inanes inquisitiones sublimium. Hec
ergo holocausto proice ne de scrutatione
maiestatis et inquisitionibus sublimium
que humana non capit sensus non
vos inanitas opprimat, ut ita sis al-
tare grande. Cornua altaris cornu-
tare? est eminentia mentis scilicet contemplatio
supernorum. Unde constituite diem solemp-
nem in condensis, i. mentis claritudine
et exhilaratione in densis, id est fre-
quentationibus virtutum eundo usque ad
cornua altaris, i. usque ad eminentiam
mentis que est altare, i. ad contempla-
tionem ad quam nos ducat deus noster.

Ale sunt misericordia dei
et veritas ut in psalmo xvi°
dicitur: Sub umbra alarum
tuarum protege me, i. sub
firmamento misericordie et veritatis tue
defende me. Per alas precepta dei

A ut in psalmo xxxv dicitur: In protectione
alarum tuarum, i. in defensione precep-
torum tuorum sperabunt. Per alas cogi-
tationes viri sancti ut in Job xxxix°
dicitur: Expandit alas suas ad au-
strum, i. spiritu sancto quibus electi cogita-
tiones suas aperit per confessionem. Per
alas cogitationes ypocrite ut in Job
D xxxix°. dicitur: Cum tempus fuerit alas in
altum erigit, quia cum occasionem
invenit cogitationes suas in publicum
ypocrita demonstrat. Per alas cupi-
B ditates rapinarum ut in Zach. v°. dicitur:
Et habebant alas quasi milvi, i. demones
cupidi res alienas invadere student.
Per alas virtutes sanctorum ut in
Ezech. i: Audivi vocem alarum quasi vocem
aquarum multarum, quia virtutes spirituales
que prius in paucis erant postmodum
in multis apparuerunt. Per alas
duo testamenta ut in psalmo lx°. dicitur:
In tegimine alarum tuarum sperabo, i. sub
mandatis testamentorum tuorum protegar.
Per alas arrogantia ut in Ezech.
A xvii. dicitur: Aquila grandis magnarum
alarum etc.

Halitus est humanitas Christi ut in
Job xix dicitur: Halitum meum
D exhorruit uxor mea, i. humani-
tatem meam contempsit synagoga. Hali-
F tus locutio oris ut in Job x° dicitur:
Et halitus meus intercludit, i. non solum
fortitudine in corpore caret, sed ab
ipsa loquela in ore obmutescit. Ha-
D litus suggestio diaboli ut in Job xli°
dicitur: Halitus eius prunas ardere
facit, i. cogitationes reproborum diabolica
suggestio incendit.

Alieni demones ut in psalmo
liii°. dicitur: Alieni insurrexe-
runt adversum me, i. demo-
nes pugnaverunt contra me.

Alieni dicuntur qui sacramentis ecclesie non participant ut iudei et gentiles vnde in ps. xvij° dicitur / filij alieni mentiti sunt qui non habent caritatem vnde caritas est fons proprius / et singularis bonorum cui non communicat alienus et ideo ibi vnde aug. viij° et xxv° Amen dico vobis nescio vos. Aliud quoque notat rem contrariam vnde contra male intelligentes hec uerba aliud i. dicunt nos anathematis esse vos contraria in simbolo vbi nos habemus quod ex patre filioque procedit, illi habent filio. Non enim concedunt spiritum sanctum a filio sed a patre tantum procedere. Nam in principalibus concilijs scripserunt in fine symboli qui aliud docuit vel aliud predicauit anatema sit. Illud idem dicebat apostolus Ad gal. aliud vobis predicauit quam ego anatema sit / aliud i. contrarium

Altitudo sublimitas premiorum ut in Ezech. i° c. dicitur Statura quoque erat rotis et altitudo / quia in scriptura sacra a[...] dicitur altitudo glorie et rectitudo vite. Altitudo principes huius mundi ut in Abacuc iij c. dicitur / Altitudo manus suas leuauit / quia sublimes huius seculi principes opera sua erigunt. Altitudo prosperitas ut in paulo ad Rom. viij dicitur Neque altitudo neque profundum i. neque prospera neque aduersa. Altitudo bona per sapientiam acquisita vnde apostolus i ad cor. xiiij° Nolite pueri effici sensibus sed malicia paruuli estote ut in [...] paruulus enim debet esse homo per superbiam / sed altus per sapientiam vnde prov. c. xxx dicitur Domine non est exaltatum cor meum

Albugo cecitas cordis ut in Thobia xj° c. dicitur Cepit albugo de oculis eius egredi / quasi sicut membrana ovi a ipso iudicium cepit et cetera [...] longa ab eis quia nunc [...] in fidelitate cecitas recedet / Albugo vero gloria mentis ut in leuitico xxj° c. dicitur qui albuginem habens habet in oculo i. qui arrogantiam in animo etc.

Aloe vitis continentie ut in Cantic. iiij° c. dicitur / Et aloe cum omnibus primis vnguentis i. continentia cum omnibus primis virtutibus. Aloe voluptas carnalis ut in parab. prov. vij° dicitur Aspersi cubile meum aloe i. impleui lectum meum dulcedine et carnali voluptate etc.

Altilia preces noui testamenti ut in Mathei xxij° Tauri mei et altilia mea occisa sunt i. veteris et noui testamenti preces refectionem spiritualem parant

Amicus est christus ut in Cant. v° dicitur / ipse est amicus meus filie ierusalem / quia intimam caritatem suam amauit ut moreretur pro ea. Amicus est quilibet proximus ut in parabolis prov. vi° Fili mi si spoponderis pro amico tuo i. proximo tuo. Amicus animus noster ut in cantico Cant. v° c. Amicus meus venit de via ad me i. animus meus redijt ad se. Amicus dicitur aliquis ille qui solo nomine est amicus vnde salomon Eccli xxxvij° dicit / Amicus solo nomine est amicus et in tempore necessitatis deficiet etc. / Et dominus aug. xxvi° dicit ad iudam Amice ad quid venisti. Item in evang. aug. xxij° Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. Amicus momentaneus qui [...] qui ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt Eccli vi° Et luce viij°. Amicus mense vel vie socius / ut dicit ihesus filius sirach. Eccli vi° Amici predicatores sunt ut in Job xl° c.

C Congaudet cum illis quia predicatores sancti
de aliis in celestibus quibus ad fidem conuertit
congaudent. Romanis pene vero ait dicit sanctus paulo
Neque mors neque vita separabit nos a
B caritate christi. Glosa [illegible]. Hic vero reue
latum ait paulo separabit ab eo per hoc vocem
dicens quia mors vel vita non separat
hominem a deo sed ipse homo. Homo
enim separat se a deo et subtrahit se a
[illegible] quia claudit fenestras hominibus conferat
sicut qui claudit oculos subtrahit se a luce
non sol. Nulli enim deus se subtrahit
D [illegible] Amici secretorum reuelacione
vnde dominus Ioh. xv. ait Vos autem di
xi amicos quia omnia quecumque audiui a
patre meo nota feci vobis. Amici
D operibus exhibicione vnde Ioh. xv. dicitur
vos amici mei estis. Amici qui non
reliquerunt hominem in morte sicut in acti
H bus apostolorum legitur Actuum .viii. [illegible]
Et amicos sancti angeli ut in Cantico
D dicitur. Que habitas in ortis amici
auscultant quia sancti angeli humane
anime confessionem audire desiderant
B Amica est caritas ut in Cant.
c. i. Ecce tu pulchra es
amica mea quia sancta caritas
spirituali pulchritudine micat
Vel amicos sancti angeli intelliguntur
C ut in euangelio Luce .xv. dicitur Conuocat
amicos et vicinos quia in eo angeli
dominum diligunt in quo ab eius volun
tate nunquam recedunt
F Amfora est auaricia ut in Za
malo deterior fit. nisi consecracio ergo

Consensus alius est occulta
lius est manifestus. Occultus
si pater verba de presenti factum
fuerit coniugium. si vero non fuerit te
stes. Ecclesia nullum cogit. Manifestus
est cum coram auctoritas cogitur. Con
sentit prelatus subdito per negligen
tiam. hic est primo corrigendus. secundo
excommunicandus. tercio deponendus. Consentit
per licenciam. hic est dampnandus ut
auctor criminis. Consentit per consi
lium et hic est dampnandus plus quam
auctor. hic tripliciter est distinctio
decretalis. Consentit quis cum desinit
obviare cum potest et debet ut patet sexto
extra de presumpcione et officio. et et
glossa. Cum desinit obviare cum potest con
sentit. si et debet. scilicet cum potest et
debet. Consentit quis per tacitur nita
tem corripiendo non ysaie lvi°.
Canes muti non valentes latrare
et Ezechielis xiii°. ve in quia tacui. C
onsentit quis per comparacionem unde
psalmo x°. laudatur peccator in desideriis
anime sue. Consentit quis ergo despi
ciendo. tacendo. operando. adulando
Consentit qui arguere potest non
arguit ut super apostolus loquitur i. Cor.
v°. ibi expurgate vetus fermen
tum. i. consensum vel peccatorum. Ite
qui tacet affirmat. Consensus est
de futuro addito sacramento ut si quis
promittit vel iurat alicui aliam se
ipsum ad quem plurimum duceret. Ita
illa ser. Si vero post iniciato proposito

alter ul ut'qz

alt vel utrumque ad aliud tempus ... mandavit ut persicum prima esse coniugium, et duas quasi fuerit. Itaque si alter illorum decedit, reliquus ad consanguineam et affines illius accedere non debet licet possit.

Consilium est quod datur iustus ut mt. xix°. si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes etc. Consilium est quod datur a iustis unde Gen. xxvii. ait Rebecca Iacob, acquiesce voci mee. Et Salomon prov. iii°. Honora dominum et valebis. Consilium est quod inutile iustos sit unde ps. primo. Ideo non resurgunt impii neque peccatores in consilio iustorum. Et ubi consilium pene continetur manere a morte non debet respuere.

Consolacio est mundi vana gloria unde Luce vi°. dicitur, ve vobis divitibus qui habetis consolacionem vestram. Consolacio est spiritualis donacio unde ps. c. xviii°. hec me consolata est in humilitate mea, hec in sermo non erit. Consolacio est vera cerisima unde mt. v°. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Sequitur.

Consorcium malorum vetat ad Thessal. ii°. dicens: Rogamus vos ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. Discedat ab iniquitate omnis qui nomen dei invocat. Ieronimus ait: Iustum atque valde iustum est separari ab eo qui non vult sanari. Gregorius ait valde laudabile est bonum esse cum bonis. Sed maius est bonum esse cum malis. Sicut enim gravioris culpe est inter bonos non esse bonum, ita immensi preconii est bonum esse inter malos extitisse. Ysidorus: Sunt sunt perversi consortium bonorum et sibi et aliis contrarii. Unde ps. c°. ait: superbo oculo et insaciabili corde cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terre ut sedeant mecum in via immaculata. Hic michi ministrabat. Non habitabit in medio domus mee qui facit

iniqualiter ad impietatem mea non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Et Sap. xx°. dicitur: viri iusti sint tibi convive. Et Ieronimus ait inquit est speciendum est cum quibus comedas. Augustinus ait: Decet inquit platone habere tales sodales quos timeat. Abraham Gen. xiii°. familiam suam eiciendo. Et Luce x° dicitur: Vade et tu fac similiter. Pro congregacione et societate malorum dicit ps. xlix°. Si videbas furem etc. In hoc quilibet fidelis domini imitari debet ne malos secum habeat nisi causa et precipitacionis. Quos si incorrigibiles videt saltem in prima queremonia penitentiam amovere debet. Et ab eis se ut apostolus monet. Mt. xv°. dicit: si oculus tuus scandalizaverit te etc. Et ps. xlii°. Iudica me deus et discerne causam meam.

Consummacio est inchoans scilicet caritas unde ps. c. xviii°. Omnis consummacionis vidi finem. Consummacio est consummacio scilicet perseverancia unde Sap. iiii°. Consummatus in brevi explevit tempora multa. Consummacio est consummacio scilicet vita eterna unde Luce x°. consummacio bonorum et effectus et cognitatorum.

Contaminatur boni a consorcio malorum unde Eccli. xiii°. Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Contaminatur boni quia ipsi mali suggerunt ipsis bonis mala unde ps. c. xxv°. Cum viris peccatoribus non induceris. Contaminatur boni quia vident malos florere et amicos unde ps. lxxii°. Mei autem pene moti sunt pedes etc.

Contemplativorum quidam in principio laudantur, non cum cessat laudare qui non cessat bene vivere vel bene agere. Sicut dicit ut Petro mt. xxvi°. Et si oportuerit me mori tecum etc. Quidam in medio laxantur sicut discipuli qui pre timore dormitabant, quibus dominus dicebat mt. xxvi°. Orate ne intretis in temptacionem. Quidam in fine penitus deficiunt, sicut apostoli relicto domino fugerunt mt. xxvi°. De quibus in ps. c. lxviii°. Defecerunt oculi mei dum spero in deum meum

Contemplatiuorum duo sunt species scilicet
secularium et claustralium. Seculares cum
diu contemplantur quia pie sunt in quibusdam
diebus in quibus vita contemplatiua con-
sistit scilicet in oratione in meditatione in lectione
de cuius cum orat: Domine doce me: sic
cum vacat lectioni sic meditationi. Se
legit in fame et siti et frigore et
meditate vitam tenuem agentes ut
sibi et aliis possint prodesse. Conte-
platiui sunt claustrales qui sunt co-
munibus viris quorum sibi eligit vitam.

Continentie tres sunt species:
virginalis quam habent virgines; coniuga-
lis quam habent boni coniugati; vi-
dualis quam habent bone vidue.

Conuiuium est malorum unde Exodi xxxii.
Sedit populus manducare et bibere
et surrexit ludere. Conuiuium
est bonorum unde Hebreorum xiii. Habemus
altare de quo edere non habent potestatem qui
tabernaculo deseruiunt. Conuiuium est beatorum
unde Luce xxii. ut edatis et bibatis super
mensam meam.

Cor est ara Christi ut in psalmo ... Cor
meum conturbatum est ... tristis est anima
mea usque ad mortem. Cor propria
Christi ut in psalmo xxi. factum est cor meum
tamquam cera liquescens ... sapientia mea inde
a ... manifestatur. Cor ratio ut
Cantica v. Ego dormio et cor meum vigi-
lat ab exterioribus operibus et interioribus
per contemplationem intendo in Deum. Cor
voluntas ut in psalmo ... Et applicui
... cor illius quasi facta voluntatis da-
... in scripturis apparuit. Cor sublimis con-
templatio ut in psalmo ... accedat
homo ad cor altum ... sublimem applicatur
contemplationem. Cor prelati ut Ysaie xl.
Loquimini ad cor Ierusalem ... ad prelatos
ecclesie. Cor sacerdotes synagoge ut Ioelis
ii. Scindite corda vestra ... quia
Deus sacerdotes iudaici ... a bono in ma-
lum mutari permittit. Cor superbia hostis
Iob xli. Cor eius induratum ... lapis quia
dyabolus in sua superbia induratur. Cor
calliditas dyaboli ut Ezechielis ... dixit
... habet ... et cor ambiguum

quia deus et nequiciam dyaboli apperuit
et calliditatem secretis liberis [illegible]. Cor
corda cogitationes ut Ieremie xvii. Scrutans
corda et renes deus quia ipse videt et
quid quisque cogitat et quid quisque de-
lectat. Cor corruptum ... est cor
induratum obstinatum ... serenatum
... lapideum ... cor
meum ... quantum gloriosum
de primo dicitur Exodi viii. induratum est cor
pharaonis de secundo ... Et Ysaie
xxix. populus hic labiis me honorat, cor
autem longe est a me. De tertio
... corde accedit ad ... De
quarto ... mundo corde. Cor habet
humile qui se nil reputat esse et cum
bene fecerit dicat: Serui inutiles sumus quod
debuimus facere fecimus. Luce xvii. Cor
altum habet qui mente rapta ... rapitur
... in psalmo lxiiii ... aut ... accedet
homo ad cor altum ... De hoc corde dictum est in psalmo
lxiii. accedat homo ad cor altum. Et inde
... ab angelis in angu-
... de corde
... usque ad altum nos ...
... de nobis ... sine ... credo
... nobis ... de
... ne forte dicatur de nobis illud Luce
xiiii. hic homo cepit edificare et non potuit
consummare. Cor ... dicitur ... scrutatus
... quod solus deus cor hominis videt et cogno-
scit unde psalmo vii. ipse potius dicitur ...
sine scrutans corda et renes hominis. Iere-
mie xvii. profundum est cor hominis et inscrutabile
et quis cognoscet illud nisi solus deus. Cor
cenauit omnia ... abyssus omnia
... unde dominus Matthei xv. De corde
exeunt cogitationes male homicidia etc.
De corde exeunt quia ... a diabolo
... sed ex propria voluntate nascuntur.
Dyabolus enim inuentor est et non creator
quia nec inuenit nisi per gestum et habitum
... sequitur.

Corum est regia potestas Christi ut in Canticis
i. ... sublimia ... cum ... in
quia dicta est ... Christo potestas in celis
et in terra Matthei xxviii. illuc ... duc...

cornu dauid. Cornu potencia siue
fortitudo ut ps. xliii. In te inimicos
nostros ventilabimus cornu, i. fortitudine
tua superabimus hostes nostros. Cornu emi-
nencia ps. cxvii. usque ad cornu altaris
i. usque ad eminenciam deitatis. Cornu
superbia ut ps. lxxiiii. Nolite extollere
in altum cornu vestrum i. nolite eleuare vos
in superbiam. Cornua brachia crucis
ut in Cantico abacuk iii. Cornua in
manibus eius, i. quibus brachiis crucis infixe
sunt manus eius. Cornua sancti euangelii
excrescentes ut in apoc. v. Vidi agnum
agnum habentem cornua septem i. totem
peritus sum xpm omnes sanctos possidentem. Cornua legis impugnatores ut apoc.
xiii. Vidi bestiam ascendentem de mari
habentem cornua decem i. infinitos sibi
antixpm per malos se exaltatum possi-
dentem impugnatores legis. Cornua
duo testamenta ut apoc. xiii. habebat
bestia duo cornua quia antixpus duo te-
stamenta usurpabit sibi. Cornua dis-
tinguit minimus ut in ps. lxviii. Cor-
nua producentem et ungulas i. robora-
tionem et perseuerantias habentem. Cornua
potestates impiorum ut ps. lxxiiii.
Cornua peccatorum confringam i. potestates
peccatorum destruam. Cornua potestates insto-
rum ut ps. lxxiiii. Exaltabuntur cor-
nua iusti, quia bonorum potestates deus
erigit. Sequitur
Corona est circulus simplex quo utun-
tur reges in maioribus solempni-
tatibus. Corona est diadema
et duplex corona cum ipse corone que
aurea circulus gemmis suppositis sicut radii
corone. Itaque talia sunt corone anime
ut ingenium memoria ratio et intel-
lectus et memorabilitas. Gemme vero sup-
posite ut faciant diadema sunt bona
operacionis. Corona est perhennis de qua
dicitur ysa. iiii. Egredimini filie syon
quod de primo aduentu incarnati vel fidelis
exponitur, de primo secundo aduentu expo-
nitur. loquitur a primitiua ecclesia de iudeis
ad nouellam ecclesiam de gentibus ad fidem
conuersis ut videat xpm in diademate suo

i. in corona humanitatis sua qua vicit
dyabolum, quia nisi in carne deus vinc-
eretur dyabolus cum non agnosceret, vel
in diademate suo i. in illa spinea corona
qua coronauit eum mater sua i. infidelis
synagoga in die desponsacionis illius
i. crucifixionis si refertur ad matrem, si ad
filium resurrectionis quando propria sunt leticia
quia tunc saluatum est genus humanum. Et
in die leticie cordis eius i. in tempore resu-
rrectionis eius que fuit leticia cordis eius.
Corona est gens ut ps. lxiiii. Bene-
dicens corone anni benignitatis tue i.
circulo qui est ab aduentu xpi usque in
finem seculi. Corona est glorie de qua
dicitur ysa. iiii. Egredimini filie syon
etc., quod exponitur de illo aduentu ad iudi-
cium. Innuitur autem et hic datur hortatur
primitiua ecclesia nouellam et illam cortina
cortinam ut videat tante rei precinctum
miraculum venerandum misterium, adho-
ret xpm suffurret ad primam cognoscat in
diademate suo saluatorem suum. Et
dicitur O filie syon i. filie speculacionis que
nunc videtis eum per speculum in enigmate
illum tandem videbitis non in enigmate
sed facie ad faciem. i. Corinthios xiii. Egre-
dimini dicit sed unde et ad quid ad ino-
lucionibus intellectum vanitatum, a latebris
viciorum, a vinculis carnalium desideriorum i.
a superbia a concupiscentia rei aliene. Et videte
regem salomonem i. xpm venientem ad
iudicium. videte inquam ut pene vos ter-
reant ut premia vos inuitent. Christus bene
dicitur rex quia regit et gubernat omnia.
Dominus enim regit me etc. ps. xxii. Sa-
lomon interpretatur pacificus quod bene con-
uenit xpo qui nobis pacem pectoris
et pacem celi dedit. Sed in diademate
suo i. omnium sanctorum perfecto collegio.
Quid enim aliud nobis non diademate
hic intelligendum nisi una gloria una coro-
na capitis licet enim plures sint una tamen
representatur per inseparabilem unitatem
sponsi et sponse i. xpi et ecclesie. Coro-
natus est xpc a matre sua que i. utero

nitus in conceptione natiua et continua in
cunctis. Coronatus est xpc a noverca
sua .i. synagoga in passione. vnde Egre
dimini filie syon. Coronatus est et
a patre in resurrectione. vnde egredimini filie
syon. Coronatus est a filiis suis certe
in die iudicii veniet cum senatori
bus terre quia veniet deus et omnes
sancti eius cum eo. Za. xiiii°. In medio autem
omnis diiudicabit. De prima corona
dicitur Cant. iii°. videte regem salo
monem etc. De secunda Matth. xxvii°. et
Mar. xv°. Ioh. xix°. plectentes coronam
de spinis imposuerunt capiti eius. De
tercia. filie ierusalem venite et videte mar
tirem cum corona qua coronauit eum
dominus. De quarta gloria et honore co
ronasti eum domine .i. gloriosos et hono
rabiles aptasti ad coronam. Sed dicitur
corona hac coronauit eum pater non filia
Sed pater coronauit eum gratiam apponendo
filia gratie cooperando vnde .i. Cor. xv°. Non
autem ego solus sed gratia dei mecum.
Corona promittitur vigilantibus et labo
rantibus non pigris non sompnolentis
Non coronabitur nisi qui legitime certa
uerit. ii. Thim. ii°. Corona autem per or
dinatur in fronte quia timor quia initium
sapientie timor domini. Prov. ix°. In occipite
spes quia de futuris et de hiis que non
videntur. a dextris gaudium. vnde de gau
dium sit in dono. qui ponit nos ad dexteram
a sinistris sit dolor. dolendum enim est pro
excessibus qui sunt opposita dono de
sinistrorum. Coronatur anima affectionibus
naturalibus in timore tremore. quia
qui timet deum faciet bonum. et deus ei
reddit quod suum est. Eccli. xv°. Corona
prudentia spei. Nam spandum est potentie
ne quis iusticiam dei minus attendens
ut Cayn dicat maior est iniquitas mea
Gen. iiii°. vel minus attendens dei miser
dicat sponsus Ysa. xlix°. Si oblivisci
potest filii sui mater deus tamen non obliviscetur
mei. Coronatur spe tam a gaudiis
tempore cum exultatione est cum timore. Ps. ii°.

quod plene innuitur ad Phil. iiii°. Coro
natur fortitudine contra dolorem ne ab
sorbeat nos profundum doloris nec vrgeat
super nos puteus os suum. Ps. lxviii°. et
coronatur anima per arma iusticie a
dextris et a sinistris. ii. Cor. vi°. Sed
hec corona sine pugna non potest habe
ri. est ergo necessaria pugna, et pugna tri
bulatio. Nam secundum Aug. quod facit
fornax auro lima ferro flagellum grano
hoc facit tribulatio iusto. Coronam non
debet recipere nisi sit utilis contra a mino
ri. Corona est victoria vnde Exo. xxv°
facies super eam coronam auream
quia deus fidelibus certantibus in temptatione
dat victoriam. Corona questa a labore
vt Ps. xx°. Posuisti in capite eius co
ronam de lapide precioso .i. dedisti ei im
nis predicationibus concordem quantitati labo
rum. Corona multitudo sanctorum vt
Ps. lxiiii°. Benedices corone anni beni
gnitatis tue .i. dabis augmentum glorie mul
titudini sanctorum. Corona premium regni
Iac. i°. accipiet coronam vite .i. perpetuam
eternitatem glorie

Corpus proprium xpi vt Mat. xxiiii°.
Vbi fuerit corpus illuc congregabuntur
et aquile. quia ubi nunc xpc
est secundum humanitatem ibi erunt aie electorum
Corpus xpi et illud est vt dicitur Mat. xx
vii°. quod pependit in patibulo crucifi
xum. et illud ut dicitur Mat. xxvi°. quod
cottidie in misterio est immolatum, et illud
ut dicitur ad Col. i°. et ad Eph. iiii°. quod
est unum deo subiectum una fide illuminatum
uno etiam baptismate mundatum quod corpus
est sancta ecclesia. Corpus est penitens ut Ezech.
i°. duabus alis velabant corpora sua .i. ti
more et pena deleuerunt penam suam. C
orpus corrupcio ut Ro. vii°. quis me
liberabit de corpore mortis huius .i. de
corruptione mortalitatis huius. Corpus
multitudo reproborum ut Iob xli°. Corpus
illius quasi scuta. quia reprobi in quibus
habitat dyabolus in suis se peccatis con
stant. Corpus quelibet actio nostra vt Mat. vi°.

fectiua corporis tui est porrectis tuis, quia
per bone intentionis radium merita illustrat
actionum. Corpus xpi sacramentaliter acci-
pit bonus et reus, unde Joh. vi°. Qui
manducat me vivet propter me. Item
pso. cxviii°. Constituite diem solempnem
in frequentationibus usque ad cornu altaris, et solo
reus, unde Luc. xxii°. ut edat et bibat
super mensam meam. Corporis xpi sa-
cramentum accipit malus, sed non reus, unde
j. Cor. xi°. Qui manducat et bibit in-
digne iudicium sibi manducat et bibit.
Corpus xpi dicitur tabernaculum propter tria: primo
ad Heb. ix°. propter belli fortitudinem, quia
debellavit acies peccatorum; propter peregrinationem,
unde Mat. viii°. Filius hominis non habet ubi ca-
put suum reclinet; propter obumbrationem,
unde pso. cxxxix°. Obumbrasti super
caput meum in die belli; propter exaltationem,
unde pso. xviii°. Exultavit ut gigas
ad currendam viam. Corpus xpi in sepul-
crum positum fuit in quo nondum quisquam
positus fuit ut narratur Joh. xix°. de
passione domini. Ita et nos corpus xpi
ponere debemus ubi non sit aliud, scilicet diabo-
lus per peccatum. Legitur ij. Reg. vi°. quod
David cum xxx milibus virorum reducebat
archam de domo Aminadab; duo
filii Aminadab archam minabant,
scilicet Ahio et Oza; Ahio precedebat et Oza
sequebatur. Dum bobus vero recalcitran-
tibus inclinata est archa, Oza manum
extendit ad sustentandum archam, sed illi-
co manu eius aruit et ipse expiravit.
De Oza dicit Glossa quedam dicunt quod ipse
erat indignus, non enim adhuc erat depu-
tatus ut archam tangeret. Alii dicunt
quod latus suum ad uxorem suam in precedenti
nocte inclinaverat. Alii dicunt quod propter
eam humeris portare debuerat et illud
tangere non debuerat. Item caveat vere
qui corpus domini indigne sumere presumpserit,
j. Cor. xi°. Corpus suum xpus frangit
passionem subeundo, dedit discipulis suis
et cottidie dat in ecclesia. Hylarius dicit

quod non erat Judas cum discipulis vel cum
apostolis quando dedit eis corpus suum et sangui-
nem suum. Sed Sabellicus dicit quod interfuit,
f unde magister petrus cantor parisiensis dicit:
Corpus xpi non est negandum hiis qui in
patibulo suspendunt si confessi fuerint,
sed licet pro eis sacrificare. Corpus
g xpi dari debet et potest infirmis singulis
diebus dominicis, sicut communicatio fieri solet
manu. Corpus xpi sumendum est fide-
h liter, unde Aug. ut quid paras ventrem
et dentem? crede et manducasti. Corpus
xpi sumendum est digne, unde j. Cor. xi°.
a Qui manducat et bibit etc. Item ibidem
b probet autem se ipsum homo et sic de pane illo
edat et de calice bibat. Beda dicit super
Lucam in passione maius peccatum est corpus
xpi tradere peccatoribus membris quam Judas cru-
cifigentibus. Alibi dicit auctoritas, vero minus
peccat qui tradit xpm peccatoribus quam Judas
qui tradidit eum iudeis crucifigentibus.
Vero minus peccatum est contempnere xpm reg-
g nantem in celis quam crucifigere eum ambu-
lantem in terris. Corpus xpi sumendum
est ad imitationem ut pro eo patiantur si oppor-
tunitas sit et ipse pro nobis passus est. Nota
a quod quidam abstinet se a corpore xpi in ter-
de causis. Quidam abstinet cum humilitat-
e ob recordationem enormium peccatorum reputan-
tes se illos indignos dicentes intra se: domine
non sum dignus ut intres sub tectum me-
um. Vbi commendabile est si fiet. Quidam
causa voluptatis ob delectationem peccatorum
in quibus iacent nec quemquam ponunt se penitentia
sive de talibus dicitur Joh. vi°. Nisi man-
ducaveritis carnem filii hominis et biberitis
eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.
Alii abstinent causa devotionis, quibus lo-
quitur sponsus Cant. v°. Comedite amici
et bibite etc. Et Joh. vi°. Qui mandu-
cat meam carnem et bibit meum sangui-
nem in me manet et ego in eo. Et in
pso. xxxiii°. apte invitat nos dominus
ad sacramentum dicens: Gustate et videte
quoniam suavis est dominus, quod est dicere gustate

carnem xpi et sanguinem et videte et
intelligite quam suavis est dominus et dul
cis alius qui est vita suaviter. Beatus vir
qui sperat in eo quod gustat / sperat
per hoc vita etiam in futuro / ubi in celi xpo
capitur est ille qui in se ubi alius [illegible]
confidit Augustinus super illud Lucas [illegible]
nerunt et adoraverunt omnes principes etc.
Non prohibeat dispensator mandicare
sed exactorem inducat timere / Hylarius
Si non sunt tanta peccata ut excommunicetur
quis non se debet a medicina dominici cor
poris separare. Item idem et si non frequen
tius tamen ter in anno communicet nisi forte quibus
maioribus criminibus impediatur videlicet in pas
cha in pentecoste / et in nativitate domini
ex concilio agathensi. Seculares qui in
nativitate domini pascha et pentecoste non
communicant catholici non credantur nec inter ca
tholicos habeantur. Si queratur / quare
sub specie panis et vini potius traditum est
nobis corpus xpi. Dicendum quod maior est commu
nicatio quia sicut panis ex multis granis
et vinum ex multis acinis fit corpus
xpi in multis fidelibus constat. Et sicut in
pane et vino plena est refectio corporis
sic in hoc sacramento plena et princi
palis est refectio anime.

Conscriptio sive consilium [illegible] a priori
debet vestem corrigimur quam
[illegible] quia ecclesiastes xii° dicit verba
sapientium quasi stimuli et quasi clavi
in altitudinem defixi. Corrigimur
quidam verbis [illegible] ut verberibus unde psalmo
xv° multiplicate sunt infirmitates eorum.

Corruptio est in
ingressu vite unde Iob [illegible] xi° [illegible] ne
scitis quod sciatur non videtur
nisi plus moriatur. Corruptio est in
progressu unde psalmo [illegible] sicut vesti
mentum veterescent. Corruptio est in
exitu unde psalmo [illegible] in pulverem sunt
redierunt. Corrumpitur quicumque cum vo
luntate corrumpitur et rumpitur qui
minus rumpitur [illegible] Caro non
corrumpitur nisi prius mens corrumpatur.

Nota quod in hoc verbo corrumpitur hec prepo
sitio con notat quandam societatem et
est sensus caro non corrumpitur vel caro
cum aliis non corrumpitur nisi cum mente
posita / quantum sic mulier in vita patitur rumpi
sed non corrumpitur et talis vir posset pro
moveri ad sacros ordines sicut hec vita
invisum esset [illegible] aliter non. Alii dicunt
quod ista auctoritas intelligenda est tantum
de primis partibus in quibus sunt mens
corrupta prius quam caro. Item aliter
corrumpitur [illegible] caro non corrumpitur nisi mens
determinant ut agentis ut patientis
corrumpatur. Et sic distinguendum est inter rumpere
et corrumpere

Creatio est nature unde Genesis i°
in principio celum et terram creavit
deus. Creatio est gratie Iacobi
i° et verbo veritatis sue genuit nos ut
essemus initium aliquod creature. Crea
tio est glorie [illegible] Ysaie lxv° Ecce
ego creo celos novos et terram novam.

Credere est exercere
operando quod quisque credit. Item
non credunt traditores et pe
iores sunt quam demones ut dicit Silves
ter papa. Item non credunt dicit sanctus super illud
psalmum [illegible] psalmo cxv. Credidi quod
[illegible] quod locutus sum. Non vere credit
qui non loquitur et facit quod credit [illegible]

Crux est baptismi
quia ascenderunt omnes qui in ecclesiam
venerunt portare et de ea iniquum
descendere non licet eis dicatur. Ante provisum
descende de cruce. Crux est ordis
quia ascenderunt omnes qui sacros ordines
susceperunt. Crux est voti quia ascen
derunt omnes qui voto districtum [illegible]
faciunt. Crux est virtutis ut virginitatis
castitatis continentie humilitatis pacie
obedientie elemosine caritatis vitatis
perseverantie et [illegible]. Crucis signum
fit in pectore ad [illegible] cogitationes
[illegible] fidem roborandam unde [illegible]
de credit ad iustitiam. Crucis signa

sit in pace ubi est dissensio et scandala va-
riationis. Rom. i. pe. iii° d. / Precari ergo
te valde volentes simul perficienti de ea
que in vobis est fide spe et caritate.
Crux fit inter scapulas ut leuius
tam onus feramus. Math. xi°. Tolli-
te iugum meum super vos. Et hec tres
impressiones fiunt a sacerdote in baptis-
mo. Tercia fit in confirmatione ab episcopo
in fronte ad robur contra erubescentiam
ne erubescamus Christum confiteri. Unde
Luce xii°. Qui me confessus fuerit coram
hominibus, confitebor et ego eum coram patre
meo, et qui me erubuerit confitebor coram
hominibus etc. Non crux extenditur
per quatuor partes mundi Ioh. xii°.
Si exaltatus fuero a terra omnia traham
ad me ipsum. Crux figitur fit per cru-
cifixionem membrorum. Unde psalmo cxviii°
Confige timore carnes meas. Crux
signata fit per exemplum passionis Christi.
Unde i. Petri ii°. Christus passus est pro nobis
nobis relinquens exemplum. Et dominus Petro
ait Ioh. xxi°. Sequere me. Crux tol-
litur per abstinenciam macerando corpus.
Unde i. Cor. ix°. Castigo corpus meum.
Crux tollitur per compassionem proximi. Un-
de ii. Cor. xi°. Quis infirmatur et ego non
infirmor. Crux tollit per largitionem elemo-
sine. Avarus enim mallet ieiunare quam
elemosinam dare. Crux etiam tollitur
per effusionem sanguinis. Crux est obe-
diencie et pene. Cui aspera sit viri contem-
platiui scilicet omnibus claustralibus et magis aspera
quam Christus quia in lingwa. In hac cru-
ce consideremus que Christus fecit in sua passione.
Videamus ergo quid dominus fecit in cruce
passionis ut nos et quomodo crucem ascen-
dere debet. Oblatus est enim quia voluit. Ysaie
liii°. Et totum corpus in cruce extendi
permisit. Unde psalmo xxi° dicitur. Foderunt
manus meas et pedes meos. Positus
in cruce dominus primum Iohannis xix°
pro inimicis orauit Luce xxiii°. Secundo
discipulo commendauit Iohannis xix°

spiritum emisit Math. xxvii°. In hunc modum
saltem spiritualem voluntatem parentis deca-
bis psalmo lxxii°. Sicut inter aia mea etc.
Et cum apostolo ii° Cor. xi°. Quis infirma-
tur et ego non infirmor. Et per interio-
rem teneri ex precepto domini dicentis Math.
v°. Orate pro persequentibus vos. Quartum
dominus statim consummauit exibus et orationibus
nostris custodire debemus. Sic dominus per
prophetam de nobis dicit Ysaie lxii°. Super
muros tuos Ierusalem constitui custodes.
Spiritum emittere debemus antequam descendamus
moriendo nobis est in ea cruce qua Christus
mortuus est in sua. Volunt enim de cruce de-
scendere iudeis clamantibus Math. xxvii°.
Si rex ysrael es tu descende de cruce. Sed
quare non descendit ut videt plenitudo
gentium et cum videt ex una parte inimicos
suos frementes. Luce ii°. Tuam animam pertransiuit
gladius passionis. Et ex alia parte ut vi-
debat Ioh. xix°. Discipulum stantem quem
diligebat. Et ex alia parte ut dicit Luce xxiii°
mulieres plangentes que eum secute fuerant
a galilea. Vidit et audiuit potum ut
haberet Math. xxvii°. Et Marci viii°. Fugie-
rentem et dicentem ei, Dimitte spiritus
quo tibi. Audiuit et aduersarios exprobran-
tes et dicentes ei Math. xxvii°. Si filius
dei es etc. Quare non descendit ut ostenderet
se esse filium dei et satisfaceret ... Exem-
plum dedit nobis ut et nos ita faciamus. Qui
persequitur mundus sicut demones, scilicet carnem
ipsa, et dicit descende de cruce inueniens ex
certa scientia ascendere poteris. Quod dicit eis
nihil certius morte nihil incertius hora mor-
tis. Vigilabo et stabo in cruce donec inclinato
capite emittam spiritum, ne dicat de
me illud Luce xiiii°. Hic homo cepit edifi-
care et non potuit consummare, non sit casus
ut Iulianus de vomitu. ii. pe. ii°. Posterio-
rum oblitus cum apostolo ad Phil. iii°. In an-
teriora me extendam dicens. Sanctus meus
non descendit de cruce domini dicentibus ei de-
scende de cruce et credamus tibi Math. xxvii°. Amor-
tuus est inter paucos pro me et ego moriar.

mente obiecto per ipsum et per me licet omnia temporalia in subtraham. Voluit enim mediator cum me commisit quando danda quando subtrahenda sunt bona temporalia. In hac cruce debet esse christianus non corpore sed spiritu, non carne sed mente. Si vero in passionibus te non crucifigas saltem crucifige te in passionibus caritatis. Habet enim caritas suam crucem. Sicut crux habet ymaginem in sublimitate a nobis te erige per considerationem timendo deum adorando deum; in latitudine manum extende, vel bona opera exerce subveniendo pauperi, consulendo egenti, reficiendo misero, confortando egrotum, consolando incarceratum. Ita sunt due manus sunt duo genera operum necessitatis et voluntatis. Per dexteram opera necessitatis intelligere ut dormire comedere et bibere et similia que clavo temperantie et sobrietatis cruci sunt affigenda. Per sinistram opera voluntatis que clavo prudentie sunt cohibenda. Non enim propriam voluntatem sequi debet christianus in profundo crucis. Crucifige pedes vel carnem tuam per carnis mortificationem in ieiuniis et vigiliis ne intres in temptationem. II Cor. i. dicitur: Sicut socii passionum Christi estis et consolationis sive dulcoris. In longitudine caritatis persevera in bono usque ad finem, laborando usque ad mercedem, pugnando usque ad lauream. Crux est macerativa carnis in qua debemus crucifigi cum viciis et concupiscentiis, ad Gal. v. Carnem macerant pugnantes cum viciis operum et concupiscentiis desideriorum. In hac quidem cruce semper in hac vita debet pendere christianus ut sit fixus clavis preceptis iusticie ut Christus in cruce clavis fixus fuit. Crucifigi aliquis contemplatio hore bene intelligi qui quasi stercora temporalia reputant et abiciunt et accepto contemplationis timore voluntas minori se subiciat configendo omnia que circa carnis sue voluntatem sustinet. In cruce duo sunt ligna unum ex transverso positum quod est brevius et sit collocatum

in medio ipsius. Aliud in directum et est longius et sit finale per suspensionem. Hec autem ideo valde sunt utilia. Crucem elegit deus per misterium; noluit enim gladiari vel lapidari vel aliud genus mortis vel passionis pati sed crucem per misterium. In cruce sunt quattuor ligna: longum, transversum, subtraneum, titulus sive tabula suprapositia. Ad Ephe. iii: ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo et longitudo, sublimitas et profundum. Latitudo caritatis. In latitudine enim habuit Christus manus extensas, alteram ad aquilonem, alteram ad meridiem, et in extensione manuum ostendit hilaritatem et caritatem. Et hec latitudo sit latitudinem caritatis que non solum ad amicos sed usque ad inimicos debet extendi. Matth. v: Diligite inimicos vestros etc. Quam latitudinem caritatis debemus comprehendere diligendo et inimicos. Sed quia hic non sufficit, sequitur longitudo, id est lignum oblongum, vel longitudo caritatis vel perseverantia caritatis. In ligno oblongo quod erat longitudo erat corpus domini habens faciem ad orientem, posteriora ad occidentem, ut significaret quod de quattuor climatibus ad se traheret. Iohannis xii: Cum exaltatus fuero a terra etc., id est de omnibus angulis traham ad me ipsum. Et hic significat longitudinem caritatis, id est perseverantiam caritatis quam debemus habere. Qui enim perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Matth. xxiiii. Sed quia hic totum posset esse ex inanis gloria, ut scilicet haberemus latitudinem caritatis et longitudinem id est perseverantiam, necesse est ut totum faciamus intentione recta. Et ideo sequitur sublimitas. Sublimitas erat tabula in qua titulus scriptus erat, et significat quod quicquid facimus bona intentione et propter solum finem debemus intronizando per ... in antifona que notat bonam intentionem concludimus. Et ideo sequitur profundum. Profundum est occulta iudiciorum dei admirari, et precipue illius scilicet quare habet hunc et diligat hunc quod tamen debemus et admirari cum apostolo Ro. xi. O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei

Nota quod xpistus in cruce pedes iunxit et ma-
nus disiunxit quia adam pedes dilatauit et
manum iunxit Item quod xpistus in passione do-
luit prout dicitur trenorum 1° vbi dicitur O vos omnes qui
transitis per vias predicatores gaudet omnes
sancti vnde apostolus ad Galatas vi° absit michi
gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu xpisti
Nota quod cum tangam tres oraciones facimus
ad nos otheos te/ cum duabus linguis
greca et latina quia tria fecit Et hoc
facimus quantum ad tres actus quibus ma-
xime illudebat xpisto dicentes matthei xxvi° hic
dixit possum destruere templum hoc
et marci xiv° quia filium dei se fecit
Et luce xxiij° regem iudeorum et non
licet censum dare cesari Nota quod
Johannes interfuit xpisti passioni ideo in eius
die legitur euangelium secundum eum scilicet secundum
Johannem Nota quod xpistus in morte multiplicat
orationem ideo in parasceue etiam multipli-
cat orationes In faciem xpisti spuit qui
fratri suo de contumeliis verbis obviat
faciem dei alapis cedit qui non tantum
verbo sed etiam proximum opere ledit faciem xpisti
velat qui circa fratrem suum odio vel liuo-
re cor suum operiat fel et acetum domino
in spongia porrigit qui mentem suam
corde fraudulenta verba proponit lancea
latus xpisti perforat qui malum contra proxi-
mum cogitat manus xpisti clauis infi-
git qui manus suas ad illicita munera
extendit vel ad illicita opera/ pedes
domini cruci affigit qui promptus et ve-
lox ad malum currit/ porro si velitis
vulnera que fecistis in xpisto sanare xpistum
a vobis et in vobis iterum crucifixi sisti-
tare bonis operibus quantitate plura
Si huiusmodi fratribus vestris probra irroga-
stis benedicite et nolite maledicere
sic ita domini faciem lauabitis in quam
spuistis Si in opere aliquos lesistis manum
auxilii eis porrigatis Si ad illicita
munera et tenendi opera manus vestras
huiusmodi extendistis ablata restituite
et ad opera pietatis eas porrigite et

ita de manibus domini clauos saluabitis
Si malum contra proximum huiusmodi cogitastis
de iniquitate proximi directo cogitate et
ita plagam domini sanabitis quam fecistis
in latere Si pedes vestros ad effunden-
dum sanguinem huiusmodi habuistis amo-
do paratos faciendam caritatem quia beati pe-
des pacem portantes et ita pedes xpisti
quos cruci affixistis sanitati restituetis Sa-
natos etiam lauare poteritis Si iniuriam
vobis a fratribus illatam propter deum sustinetis
Si enim ad pedes abluendos aliquis inclinatur
et humiliatur sordes lauat et ipse lauatur
vnde matthei xi/ Si dimiseritis hominibus pecca-
ta eorum et pater vester dimittet vobis peccata vestra
Si autem vos non dimiseritis nec pater vester etc
Si enim ex humilitate offensa fratribus dimit-
titis imitatores xpisti estis Xpistus enim non dimi-
sit tantum immo pro crucifixoribus orat dicens
luce xxiij° pater dimitte illis quia nesciunt
quid faciunt Qui crucem non vult tollere eam de-
bet facere vnde matthei xvi° Qui vult venire
post me etc Crucem dicit scilicet abneget se per
humilitatem tollat crucem per humilitatem/ sequatur
per asperitatem Et ad ea nos inuitat scilicet ad
humilitatem ad vilitatem et ad asperitatem Per
per hec ea poterimus recuperare illa tria
que amisit adam in paradiso scilicet libertatem
dignitatem felicitatem vel dignitatem angelorum
scilicet societatem per humilitatem libertatem per vi-
litatem vrp dignitatem vel sponsus per felici-
tatem vel beatitudinem angelorum societatem
per asperitatem Si vult xpistum sequi discre-
tione ut non tantum sua sed etiam et corpus
et sensualitatem et totum abneget Tol-
lat suam crucem dicit Tollitur enim crux quatuor
modis ut [illegible] Suam dicit ut in proprio corpore
tollatur luce xiv°/ ... non tardie non dicit
ad tempus ut mali sed semper et perseueranter
et in aduersis tollatur sequatur me dicit
ut hec non pro humano fauore vel lucro
temporali sed pro xpisto faciamus Nota quod in
cruce caritatis sublimitas cum dilectio da-

latitudo dilectionis per caritatem profunditas devotionis sublimitas spei fortitudo perseverantia boni operis unde propter hoc in cruce fuerunt quatuor ligna palma cedrus oliva cypressus Secunda

cupiditas est

Originale nostrum omnium vitiorum vel secundum apostolum Thimo. vi. radix omnium malorum
sine vitiorum est cupiditas. Cupiditas quia
nos restringit ad avaritiam vel pecuniam et
cetera ista temporalia. Nota quod duo sunt
que nos dehortantur a cupiditate scilicet
paupertas Iob i. dicit Nudus exivi de
utero matris mee et nudus revertar illuc
Certum est quod nichil intulimus in hunc mundum nec
aliquid inde auferemus. Thimo. vi. Vita
brevis Luce xii. Stulte hac nocte
repetent a te animam tuam que autem possides
cuius erunt. In vitis patrum legitur mors vel
mendicitas cui inest cupiditas

Currus qui mandata dei adimplet
imitando pauperes et amore caritatis
mariam sedentem contemplativam
vite. Nam si non corporaliter tamen spiritualiter mandata
dei adimplent. Item est infirmi qui non potuit
surgere a peccato noluit et dicitur illud
math. viii. Domine non sum dignus etc. Cur-
rus est bonorum. Unde in iiii regum ii. Helias
raptus est in curru igneo. Currus est
malorum in spiritu Unde psalmo xix. hii in
curribus et hii in equis. Currus est
demonum Unde Exodo xv. Currus phara-
onis et exercitum eius deiecit in
mare. Currus pharaonis multipli-
ces sunt in hac regione ut in ea invenire
possumus sepe et videre. Primus est currus
luxurie hic habet quatuor rotas ventris
ingluviem immunditiem libidinem vestis
mollitiem saporis et ocii resolutionem.
Secundus est avaritie similiter ex quatuor con-
stans rotis que sunt autem tenacitas et
rapacitas sollicitudo retinendi et timor
amittendi. Tertius est malitie quatuor
eius rotas sententiam impatientiam audaciam

imprudentiam velocites sunt ista ad ma-
lum. Quartus est superbie cuius rote sunt inani-
gloria vel cecitas desperatio vel presumptio
Hec quatuor tendunt ad mortem. In
omnibus istis curribus et rotis est odium
dei et contemptus et oblivio mortis. Cur-
rus malitie volvuntur hiis quatuor ro-
tis Sententia impatientia audacia impru-
dentia ut supra. Hee rote trahuntur hiis
duobus equis terrena felicitate munda-
na pompa. Horum equorum aurige sunt
pudor et timor. Currus luxurie
volvuntur hiis rotis vestium mollicie ciborum
exquisito sapore ocii libidine saporis
resolutione. Hee trahuntur hiis equis terre-
rena habundantia prosperitate secundum. Hor-
aurige torpor ignorantie insipida se-
curitas. Currus avaritie volvuntur
hiis rotis pusillanimitate ignavitate
contemptu dei oblivione mortis. Hee
rote hiis equis trahuntur rapacitate te-
nacitate. Horum unus est solus auriga
ardor habendi. Unde quia septimus
est hii in curribus et hii in equis etc.
psalmo xix. Dimissis curribus pharaonis
veniamus ad quadrigas aminadab in qui-
bus est salus ut ait propheta Abacuc iii.
Qui ascendes super equos tuos et quadri-
ge salvabunt. Sicut habet pharao currus suos
ita equos suos sicut suos quia quadrigas
habet nostri aminadab. Una quadriga fuerunt
iustitia temperantia prudentia fortitudo. Unde
hic est currus et quadriga helie. Istorum qua-
drigam trahunt non solum quatuor evangeliste
sed quatuor status religiosorum. mendicantium
predicantium contemplantium et penitentium. Item vide
quadrigas nostri aminadab currus ad vitam
eternam. Una quadriga est devota medi-
tatio oratio locutio. Alia quadriga est cordis
contritio oris confessio operis satisfactio. Et alia
quadriga est odium mundi contemptus sui com-
passio proximi amor dei. Quod considerans in-
carnationis passionis resurrectionis ascensionis
una quadrigam amplissimam nobis faciunt.
Est et alia forte angustior. sinceritas conscientie
asperitas vite humilitas oris austeritas

disciplinae. Ubi vos facti estis ... voluit ad magistrum talium diligenter requirunt, plus deflet lingua quam verba. Currus est cetus sanctorum ut psalmo lxvii: Currus dei decem milibus, quia sancti in lege perfecti sunt. Currus magna peccata ut in Exodo xv: Currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare, quia tam magna quam parva peccata deus abluit in baptismo. Currus prelatus mansuetus iv Regum ii: Currus Israel, id est populi per mansuetudinem positus. Currus res mundi instabiles ut psalmo xix: Hi in curribus et hi in equis, id est delectantur in rebus caducis et volubilibus.

Cadaver est Christus ut Deuteronomii xxi: Si fuerit inter vos cadaver hominis occisi, id est si fuit inter vos corpus Christi crucifixi. Cadaver quilibet in peccata lapsus ut Job xxxix: Ubicumque fuerit cadaver statim aquila adest, quia ad revocandum quemlibet in peccatum lapsum festinat praedicator etc. Cadaver diabolus ut Isaiae xiv: Proiectus es quasi cadaver putridum, quia diabolus se ingerit ut Genesis xv: Descenderunt volucres super cadavera, quia cordibus nostris levitates et fantasmata ingerit. Vana criminalia peccata ut Isaiae xxxiv: De cadaveribus eorum ascendet, quia de criminibus eorum prodit infamia. Cadavera poenae damnatorum ut Isaiae lxvi: Videbunt cadavera virorum qui praevaricati sunt in me, quia electi in futuro poenas intuebuntur reproborum etc.

Caligo est occulta gloria divinae maiestatis ut Exodi xx: Moyses accessit ad caliginem in qua erat deus, quia vir perfectus ad contemplandam gloriam divinae maiestatis pertingere potest. Caligo prophetiae ut psalmo xcvi: Nubes et caligo in circuitu eius, quia quod apostolus aperte dicebat sub prophetae obscure praedicabat. Caligo est diabolus ut psalmo xvii: Et caligo sub pedibus eius, quia diabolum Christus conculcavit. Caligo confusio mentis ut Job iii: Occupet diem caligo, id est prosperitatem delectationis mentis confusio inva-det. Caligo peccatum ut Job xxiii: Nec faciem meam operuit caligo, id est mentis meae aspectum non celavit culpa. Caligo dies novissima ut Sophoniae i: Dies illa dies caliginis, quia dies illa ultra ... obscurabit. Caligo examen communis iudicii ut Genesis xv: Facta est caligo tenebrosa etc. transiens inter divisiones illas, quia ultimum iudicium malos a bonis separabit.

Calor est furor spiritus sancti ut psalmo xviii: Non est qui se abscondat a calore eius, quia unicuique datur manifestatio spiritus sancti. Calor dulcedo caritatis ut Job xxviii: Lapis solutus calore in aes vertitur, quia qui durus fuerit per caritatis dulcedinem emollitur et in pietatem mutatur. Calor desiderium iustitiae ut Genesis xxx: Factum est ut in ipso calore coitus oves intuerentur virgas et parerent, quia si persistit quisque in ipso desiderio iustitiae per alterum exempla spiritualia et bonum quod desiderant ad effectum perducunt. Calor poena reproborum ut Job xxiv: Ad calorem nimium transeunt ab aquis nivium, quia a frigore damnati transeunt ad ardorem.

Calamus est Christus ut psalmo xliv: Lingua mea calamus scribae, quia quod Christus discipulos docuit spiritus sanctus eorum cordibus inspiravit. Calamus quilibet praedicator ut Isaiae xxxv: Orietur viror calami, id est in ecclesia decor erit praedicatorum. Calamus gentilitas ut Isaiae xlii: Calamum quassatum non conteret, id est infirmum gentilem populum non damnabit. Calamus quilibet hypocrita ut Job xl: Dormit in secreto calami Behemot, quia in mente simulata diabolus quiescit. Calamus dispositio dei ut Ezechielis xl: Et calamus mensurae in manu eius, quia in potestate sua est disponere omnia deus. Calami praedicatores ut in Exodo xxv: In hastili calami etc., quia in ecclesia sunt praedicatores et auditores. Sequitur capitulum

Calumpniator est dyabolus ut in
psalmo lxxi° humiliabit calumpnia
torem, id est dyabolum, xpus superabit g
Calcaneum est extremitas vite ut Gen
esis iii° Tu insidiaberis calca
e neo eius, quia finem vite omnibus
dyabolus corrumpere studet. Calcaneum f
persecucionis ut psalmo lv° ipsi calcaneum
meum observabunt quia inimici mei persecucionem
meam observabunt, quod inde non cessit. Calcaneum
caro mea ut in psalmo xl° magnificavit
calcaneum mei crudeliter me a perversitate d
mea [illegible]
c Calculus est sermo divinus ut Isaie vi°
In manu seraphin calculus, quia
illum amor dei accendit quia ser
monem divinum opere complet. Calculus a
e claritas superne patrie ut Apocalipsis ii°
Vincenti dabo calculum candidum, quia c
hic qui peccatum resistendo vincit clarita
in futuro habebit. Calculus pena
lingue mentientis ut Proverbiorum xx° replebitur
e bitur os eius calculo quia hic qui per
mendacium in lingua peccat in futuro
per penam ardoris cruciabitur in lingua f
ua. Sequitur. Sequitur capitulum
Calles est vita artis religiosi ut
8 Ysaie xxvi° rectus callis iusti ad
ambulandum, quia qui iuxta
vitam religiosorum vivit in statu recti
tudine iniquitatis se non offendit. Cal
b les doctrine iniquorum ut Iudicum v° am
bulaverunt per calles devios, id est doctrinas
sequebantur erroneas d
Clavi sunt precepta caritatis ut Ysaie
xxi° vi° affixit laminas clavis
e amicis, id est opera precepta caritatis
confirmavit. Clavi racio et intellectus g
ut Ysaie liii° clavos tuos consolida
a id est racionem et intellectum ne infirmentur
corroborentur. Clavi correpciones predicatorum b
f ut Ecclesiastes xii° Verba sapientium sicut stimuli
lum et sicut clavi in altitudine defixi
quia per correpciones sermonis corda pungunt a
punguntur. Sequitur capitulum
Clavis est xpus ut Luce xi° Tulistis
clavem scientie ipsi non introistis et eos g
qui introibant prohibuistis, id est me
auferre studetis. Nisi in me credit nec
alios permittitis credere. Clavis apparens
facere scripture ut Ysaie xxii° dabo f
clavem domus David, id est reserator sacre
scripture ponatur in ecclesia xpi. Clavis
intelligencie cordis impii ut Apocalipsis xx° vidi
di angelum descendentem de celo habentem cla
vem abyssi etc. Claves potestas docto
rum ut Matthei xvi° Tibi dabo claves d
regni celorum, quia doctoribus potestas ligan
di et solvendi committitur in ecclesia. Consequitur
Campus est mundus
iste ut Canticorum ii° Ego flos campi
et decor mundi. Campus gentili a
tas ut Ezechielis iii° Surge et egre c
dere in campum quia xpus ad populum gentium
ingressus est mundum. Campus vita lata
huius mundi ut psalmo viii° Insuper et pe
cora campi, id est voluptuosos mundi. Cam
pus plebs ut Daniel xiiii° Erat Aba
cuk in campo quia xpus venit ad plebem f
iudaicam. Campi gentiles medianitum ut
Iohelis ii° Germinaverunt campi herbam
germen odoris ysrael quia fructu legis
que priori iudaico data fuit prius gen
tes protulit. Campi mentes fidelium ut
psalmo lxiiii° Campi tui replebuntur
ubertate, quia mentes justorum divina sa
cietate replebuntur
Camelus est xpus ut Actuum xxiii Cola d
tes culicem camelum glutientes
id est latentes posibilitas et xpum
crucifigentes. Camelus fortitudo virorum
ut Genesis xxiiii° Ipsa continue velocitatem
descendit de camelo quia cogito ipso
fortitudine viroris defuit ecclesia
Cameli potentes seculi ut Ysaie lx° in
undacio camelorum operiet te, quia poten
tes seculi ad ecclesiam venient. Cameli
dispensatores rerum ecclesie ut Iob
i° Erat possessio eius tria milia camelorum a

quia vir sciens tirenas dissipatos
factos intellectum scire civitati serviat
Caminus est afflictio
caminus ignis ut prouerbiorum xxvii° In
camino et fornace ignis monet illius
corpora confringe. i. in afflictione caminus
elata corda uerba corrupit. Caminus dis
putationis ut Ecclesiastici xxvii° Caminus ayino a
i. disciplina sua etc.
Camini est tribulatio iustorum ut
apocalypsis i° pedes eius similes auri- e
chalco sicut in camino ardenti quia
iustos tribulationes ex quo sequitur caminus
caritatis ut Ysaie xxxi°. Caminus eius
in iherusalem quia in superna patria ardor re- g
gnat caritatis. Caminus pena inf-
nalis ut Mathei xiii°. mittent eum in f
caminum ardentem i. in ardorem flamme
infernalis
Candelabrum est christus ut Exodi xxv° f
fecit candelabrum ductile quia
christum qui lux mundi est passio
nis tunsionibus affixerunt. Cande-
labrum contemplatio ut iiii Regum iiii° d
ponamus elizeo candelabrum quia christus qui
per elizeum est prefiguratus ut maneat
apud nos lumen nobis oportet habere con
templationem. Candelabrum est dignitas
predicatoris ut apocalypsis ii° Veniam movebo b
candelabrum tuum de
loco suo i. auferam a te dignitatem tuam
Candelabrum status corporis viri ut
Mathei v° sed super candelabrum quia ubi dominus b
ipsi corpori meo imponere debemus
candelabra ecclesia ut apocalypsis i° Septem g.
candelabra sunt septem ecclesie
Caulis est sacra scriptura ut Ezechielis a.
xxviii° Caulis cum carnibus sa-
cris a sacra scriptura cum puris
operibus
Camalea sunt sacre scripture ut f
Genesis xxx° posuit virgas in ca-
nalibus quia scriptura scripta sunt in scriptu-
ris Canales mentes iustorum ut c
Canticorum vii° purpura regis iuncta ca
nalibus quia passio christi impressa est
sanctorum mentibus

Capitella duo testamenta ut iii c
Regum vii° duo capitella super
capita columpnarum quia duo
testamenta in mentibus doctorum sunt
Castellum est virgo maria ut luce x° g
Intravit ihesus in quoddam castel
lum quia christus in singularis virginis ven-
trem venit. Castellum mundus iste ut a
ut Mathei xxi° Ite in castel
lum quod contra vos est i. mundum qui
contrarius vobis est. Castellum mentis nostre e
ut Mathei x° dominus intravit in castel
lum cum aliis et aggreditur ab eis quia
quando nobis ad temptationes cum nobis cogitationes as g
surgunt
Capparis est plebs iudaica ut Ec- f
clesiastes xii° dissipabitur capparis
quia propter incredulitatem abiecta est
plebs iudaica
Cypressus est christus ut Canticorum i° Botrus f
est dilectus meus cypressi quia christus
similitudinem suscepit humanam. Capilla
est caritas ut Canticorum i° Redite filii d
Syon videte regem i. venite ad indi-
cium in ea forma qua de caritate susce-
pisti. Capre virtutes anime ut Canticorum
ii° Adiuro vos per capreas i. virtutes vos b
Carmen laus dei ut in psalmo xxxix°
Inmisit in os meum canticum
novum carmen deo nostro ut in
ore meo laudem deum meum. Car- b
men gloria celestis ut Ezechielis ii° Erat
scripte in libro lamentationes et carmen g
quia luctum nobis in presenti et gloriam in
futuro denunciat. Carmina mentis con
solationes ut Job xxxv° dedit carmina c
in nocte quia deus suis consolationes confert
in tribulatione. Carmen cantant qui
peccatorum lapsum non senserunt lamentum
qui a peccatis per lamentum prius resur- f
gunt ut qui peccat et non peniteat
et hoc est quod aliter dicitur quia alii moriuntur
in egypto alii non. Carmen canticorum
de alio verbo iudicii prius i. recta
fide sine qua impossibile est placere deo
Hebreos xi° Recto opere quia fides sine operibus d

g mortua e Jaco v° Jnmo mitricioe
quia dr apt vi° Si ergo eius simpx
